LES LINGONS

TEXTES ET INSCRIPTIONS ANTIQUES

THÈSE COMPLÉMENTAIRE POUR LE DOCTORAT

PRÉSENTÉE A LA FACULTÉ DES LETTRES DE L'UNIVERSITÉ DE STRASBOURG

Par G. DRIOUX

UNIVERSITÉ DE STRASBOURG

Commission des Publications de la Faculté des Lettres

1934

Thèse complém.
Strasbourg 1934.

LES LINGONS

TEXTES ET INSCRIPTIONS ANTIQUES

LES LINGONS

TEXTES ET INSCRIPTIONS ANTIQUES

THÈSE COMPLÉMENTAIRE POUR LE DOCTORAT

PRÉSENTÉE A LA FACULTÉ DES LETTRES DE L'UNIVERSITÉ DE STRASBOURG

Par G. DRIOUX

UNIVERSITÉ DE STRASBOURG

Commission des Publications de la Faculté des Lettres

—

1934

* 33591

R. UNIV.
BIBLIOTHEEK
LEIDEN

A MONSIEUR RÉGIS COLSON

Professeur honoraire de l'Université.

Digitized by the Internet Archive
in 2026

https://archive.org/details/IA41552728_0003

NOTE PRÉLIMINAIRE

Faut-il refaire le *Corpus* de la Gaule ? Cette question, M. C. Jullian la posait, il y a quelque quinze ans (1), et tentait d'y répondre. Il ne s'agissait certes pas de rééditer une sorte de *Corpus* épigraphique ; il y avait lieu, selon lui, de dresser, par cité, un inventaire bien plus compréhensif : textes littéraires et épigraphiques, monuments de pierre ou de métal... etc. Et voici le plan qu'il proposait :

1° répertoire géographique, frontières, routes, noms de lieux ;
2° textes anciens ;
3° inscriptions ;
4° monuments ;
5° monuments figurés ;
6° inventaire des menus objets, classés suivant le lieu de la découverte ;
7° inventaire des trouvailles monétaires ;
8° tables et cartes.

Pour les bas-reliefs et sculptures, nous possédons le

(1) *Rev. études anciennes*, 1919, p. 259.

Recueil de M. Espérandieu, qu'il suffit d'adapter et de mettre au point. L'inventaire des monuments, statuettes, trésors monétaires, est en cours : c'est, en partie, l'objet de la *Forma orbis romani*, entreprise sous la haute direction de M. Adrien Blanchet (1). Quant à l'étude topographique de la cité lingone, elle n'est pas encore au point : elle exige, notamment, un examen sur le terrain (2), qui demande quelque loisir et auquel je ne me livrerai que plus tard.

Il me restait donc à réunir (3), d'une part, les textes des auteurs anciens, de l'autre les inscriptions, tant celles qui ont été recueillies sur le territoire de la cité que celles qui, hors de la cité, mentionnent des Lingons ou touchent à des institutions lingones.

Tout texte capable de jeter quelque lumière sur l'histoire ou la géographie des Lingons m'a semblé à sa place en ce recueil. Il ne pouvait être question de répertorier les textes s'appliquant à la Gaule en général ; il fallait le faire, par contre, chaque fois qu'un texte vise d'une façon précise *omnes civitates, omnes primores Galliae*. . Je n'ai fait naturellement état que des textes d'auteurs contemporains, en l'espèce, d'époque gréco-romaine ; je n'ai fait qu'excep-

(1) Je suis, pour ma part, chargé des arrondissements de Langres et de Chaumont, qui représentent à peu près la portion lingone du département de la Haute-Marne.

(2) Comme vient de le faire E. Linckenheld : *Une frontière romaine étudiée sur le terrain : les limites de la* Belgica *et de la* Germania *en Lorraine*, dans *Rev. ét. anc.*, 1932, p. 265-287 et 387-410.

(3) Ce qu'a fait A. Riese pour la Germanie : *Das Rheinische Germanien in der antiken Litteratur* ; *Das Rh. Germ. in den antiken Inschriften*, Leipzig et Berlin, 1892 et 1914.

tionnellement appel à des renseignements postérieurs au v[e] siècle (Grég. de Tours, *Acta Sanctorum*) (1).

Pas de commentaire : les notes ont été réduites au minimum. On ne cherchera pas, dans les pages qui suivent, une « histoire » des Lingons, mais seulement les « sources » de cette histoire. Le groupement des textes, les subdivisions adoptées, l'index tendent, d'ailleurs, à orienter les recherches, indiquer les problèmes, suggérer des solutions.

(1) Les textes sont reproduits tels quels, d'après les meilleures éditions : j'ai pris comme guide, sauf pour les plus récentes éditions, l'*Einleitung in die Altertumswissenschaft* de A. Gercke et E. Norden, t. I, Leipzig et Berlin, 2[e] éd. 1912. Les textes grecs sont accompagnés d'une traduction latine. Pour l'orthographe latine, je me suis conformé au petit *Manuel* de W. Brambach-F. Antoine (Paris, 1881) : j'ai sacrifié la lettre j, mais conservé la distinction entre l'u et le v. Pour le grec, suivant en cela l'exemple des éditeurs allemands, j'ai constamment employé le β, au milieu comme au début des mots.

A. TEXTES LITTÉRAIRES

I. HISTOIRE

1. *Époque préromaine.*

vers 396 av. J.-C.

1. Tite-Live. *Ab U. C.*, V, 35.

Poenino deinde Boii Lingonesque transgressi, cum iam inter Padum atque Alpes omnia tenerentur, Pado ratibus traiecto non Etruscos modo sed etiam Umbros agro pellunt : intra Apenninum tamen sese tenuere.

2. Polybe. *Hist.*, II, 17, 7.

...τὰ δὲ πέραν τοῦ Πάδου τὰ περὶ τὸν Ἀπεννῖνον πρῶτοι μὲν Ἄναρες, μετὰ δὲ τούτους Βοῖοι κατῴκησαν· ἑξῆς δὲ τούτων ὡς πρὸς τὸν Ἀδρίαν Λίγγονες, τὰ δὲ τελευταῖα πρὸς θαλάττῃ Σήνωνες. 8 τὰ μὲν οὖν ἐπιφανέστατα τῶν κατασχόντων τοὺς προειρημένους τόπους ἐθνῶν, ταῦθ' ὑπῆρχεν. 9 ᾤκουν δὲ κατὰ κώμας ἀτειχίστους, τῆς λοιπῆς κα-

Ultra Padum circa Appenninum primi occurrunt Anares, deinde Boii; post istos versus Adriam Lingones, postremi omnium ad mare Senones. 8 Atque hae nobilissimae sunt gentes inter illas, quae praedictas regiones occuparunt. 9 Habitabant autem vicatim sine muris, nec supellectilis reliquae usum norant. 10 Quippe simplex illis vi-

τασκευῆς ἄμοιροι καθεστῶτες. 10 διὰ γὰρ τὸ στιβαδοκοιτεῖν καὶ κρεαφαγεῖν, ἔτι δὲ μηδὲν ἄλλο πλὴν τὰ πολεμικὰ καὶ τὰ κατὰ γεωργίαν ἀσκεῖν, ἁπλοῦς εἶχον τοὺς βίους, οὔτ' ἐπιστήμης ἄλλης οὔτε τέχνης παρ' αὐτοῖς τὸ παράπαν γινωσκομένης. 11 ὕπαρξίς γε μὴν ἑκάστοις ἦν θρέμματα καὶ χρυσὸς διὰ τὸ μόνα ταῦτα κατὰ τὰς περιστάσεις ῥᾳδίως δύνασθαι πανταχῇ περιαγεῖν καὶ μεθιστάναι κατὰ τὰς αὐτῶν προαιρέσεις. 12 περὶ δὲ τὰς ἑταιρείας μεγίστην σπουδὴν ἐποιοῦντο διὰ τὸ καὶ φοβερώτατον καὶ δυνατώτατον εἶναι παρ' αὐτοῖς τοῦτον ὃς ἂν πλείστους ἔχειν δοκῇ τοὺς θεραπεύοντας καὶ συμπεριφερομένους αὐτῷ.

vendi modus; ut quibus somnus in herbae aut stramenti toro erat; alimonium, carnes potissimum; nec quicquam aliud curae, nisi res bellicae et agrorum cultus : nulla alia, neque scientia, neque ars, apud ipsos cognita. 11 Opes singulorum erant in pecore et auro; quod sola haec ad omnes fortunae casus facile sit circumducere, ac pro arbitrio transferre. 12 Sodalitatibus colendi praecipue studebant : is namque apud illos plurimum timetur, et potentissimus censetur, quem plurimi colunt, ex nutu illius ac voluntate pendentes.

2. *L'époque de César.*

avant 60 av. J.-C.

3. *Panegyricus Constantino Aug.* = VIII (Baehrens, p. 182), 3.

Aedui ... fratres populi Romani crediti sunt appellarique meruerunt... Cum finitimae* nationes ipsi illi Romanae fraternitatis gloriae invidentes ... Germanos ... invocassent, princeps Aeduus ad senatum venit ...

* Sequanes ; et peut-être aussi Lingons ?

4. CÉSAR, *B. G.*, I, 44, 3.

(Ariovistus... praedicavit) non sese Gallis, sed Gallos sibi bellum intulisse ; omnes Galliae civitates ad se oppugnandum venisse ac contra se castra habuisse ; eas omnes copias a se uno proelio pulsas ac superatas esse.

60 av. J.-C.

5. CÉSAR, *B. G.*, I, 31, 12.

(Locutus est... Divitiacus) Ariovistum autem, ut semel Gallorum copias proelio vicerit, quod proelium factum sit Admagetobrigae *, superbe et crudeliter imperare, obsides nobilissimi cuiusque liberos poscere.

* Pontailler-sur-Saône? en territoire lingon (voir *Bull. Arch.*, 1914, p. 422 sv.).

58 av. J.-C.

6. CÉSAR, *B. G.*, I, 26, 5.

...nullam partem noctis itinere intermisso in fines Lingonum die quarto pervenerunt *, cum et propter vulnera militum et propter sepulturam occisorum nostri triduum morati eos sequi non potuissent. 6 Caesar ad Lingonas litteras nuntiosque misit, ne eos frumento neve alia re iuvarent : qui si iuvissent, se eodem loco quo Helvetios habiturum. Ipse triduo intermisso cum omnibus copiis eos sequi coepit. 27, 1 Helvetii omnium rerum inopia adducti legatos de deditione ad eum miserunt.

* Les Helvètes.

7. CÉSAR, *B. G.*, I, 30, 1.

Bello Helvetiorum confecto totius fere Galliae legati, principes civitatum, ad Caesarem gratulatum convenerunt : 2 « Intellegere sese, tametsi pro veteribus Helvetiorum

iniuriis populi Romani ab his poenas bello repetisset, tamen eam rem non minus ex usu terrae Galliae quam populi Romani accidisse... » 4 Petierunt uti sibi concilium totius Galliae in diem certam indicere idque Caesaris voluntate facere liceret : « sese habere quasdam res quas ex communi consensu ab eo petere vellent. » 5 Ea re permissa diem concilio constituerunt et iureiurando ne quis enuntiaret, nisi quibus communi consilio mandatum esset, inter se sanxerunt.

8. César, *B. G.*, I, 31, 1.

Eo concilio dimisso idem principes civitatum qui ante fuerant ad Caesarem reverterunt petieruntque uti sibi secreto in occulto de sua omniumque salute cum eo agere liceret. 2 Ea re impetrata sese omnes flentes Caesari ad pedes proiecerunt.... 3 Locutus est pro his Divitiacus Haeduus...

32, 1 Hac oratione ab Divitiaco habita omnes qui aderant magno fletu auxilium a Caesare petere coeperunt.

9. César, *B. G.*, I, 40, 11.

(*Discours de César*). Haec sibi esse curae : frumentum Sequanos, Leucos, Lingones subministrare, iamque esse in agris frumenta matura...

55 av. J.-C.

10. César, *B. G.*, IV, 6, 5.

Principibus Galliae evocatis Caesar ea quae cognoverat dissimulanda sibi existimavit eorumque animis permulsis et confirmatis equitatuque imperato bellum cum Germanis gerere constituit.

54 av. J.-C.

11. CÉSAR, *B. G.*, V, 5, 3.

Eodem equitatus totius Galliae convenit numero milium quattuor principesque ex omnibus civitatibus ; 4 ex quibus perpaucos, quorum in se fidem perspexerat, relinquere in Gallia, reliquos obsidum loco secum ducere decreverat, quod, cum ipse abesset, motum Galliae verebatur.

12. CÉSAR, *B. G.*, V, 54, 1.

Caesar principibus cuiusque civitatis ad se evocatis alias territando, cum se scire quae fierent denuntiaret, alias cohortando magnam partem Galliae in officio tenuit.... 4 Tantum apud homines barbaros valuit esse aliquos repertos principes inferendi belli tantamque omnibus voluntatum commutationem attulit, ut praeter Haeduos et Remos *, quos praecipuo semper honore Caesar habuit, alteros pro vetere ac perpetua erga populum Romanum fide, alteros pro recentibus Gallici belli officiis, nulla fere civitas fuerit non suspecta nobis.

* Et, malgré le silence du texte, les Lingons, sans doute, qui, autant que les Rèmes et plus que les Eduens, sont toujours restés fidèles à César.

13. CÉSAR, *B. G.*, V, 57, 2.

Itaque a Cingetorige atque eius propinquis oratione Indutiomari cognita quam in concilio habuerat, nuntios mittit * ad finitimas ** civitates equitesque undique evocat : his certam diem conveniendi dicit.

* Labienus.

** Parmi lesquelles, celle des Lingons : Labienus avait établi son camp près de Mouzon.

53 av. J.-C.

14. César, *B. G.*, VI, 3, 4.

Concilio Galliae primo vere... indicto, cum reliqui praeter Senones, Carnutes Treverosque venissent, ... concilium Luteciam Parisiorum transfert... 4, 6 Peragit concilium Caesar equitesque imperat civitatibus.

15. César, *B. G.*, VI, 44, 3.

...duas legiones ad fines Treverorum, duas in Lingonibus... in hibernis conlocavit.

52 av. J.-C.

16. César, *B. G.*, VII, 9, 4.

(Caesar) per fines Haeduorum in Lingones contendit, ubi duae legiones hiemabant, ut, si quid etiam de sua salute ab Haeduis iniretur consilii, celeritate praecurreret. 5 Eo cum pervenisset, ad reliquas legiones mittit priusque omnes in unum locum cogit quam de eius adventu Arvernis nuntiari posset.

17. César, *B. G.*, VII, 63, 7.

Ab hoc concilio * Remi, Lingones, Treveri afuerunt : illi quod amicitiam Romanorum sequebantur, Treveri, quod aberant longius et ab Germanis premebantur.

* L'assemblée de Bibracte, après la défection des Eduens.

18. Dion Cassius, *Hist. rom.*, XL, 38, 3.

Ὁ οὖν Καῖσαρ ἐπεχείρησε μὲν παραχρῆμα ἐπ' αὐτοὺς στρατεῦσαι, μὴ δυνηθεὶς δὲ διὰ τὸν ποταμὸν τὸν Λίγηρον ἐπὶ Λίγγονας ἐτράπετο.

Caesar confestim in Eduos suscepta expeditione, fluvio Ligeri obstante ab incepto hoc quoque desistere per Lingonas coactus est.

19. CÉSAR, *B. G.*, VII, 66, 2.

Cum Caesar in Sequanos per extremos Lingonum fines iter faceret, quo facilius subsidium provinciae ferri posset, circiter millia passuum X ab Romanis trinis castris Vercingetorix consedit.

20. CÉSAR, *B. G.*, VII, 67, 1.

Postero die in tres partes distributo equitatu duae se acies a duobus lateribus ostendunt, una a primo agmine iter impedire coepit. 2 Qua re nuntiata Caesar suum quoque equitatum tripertito divisum contra hostem ire iubet. Pugnatur una omnibus in partibus... 5 Tandem Germani ab dextro latere summum iugum nacti hostes loco depellunt : fugientes usque ad flumen, ubi Vercingetorix cum pedestribus copiis consederat, persequuntur compluresque interficiunt... 68, 1 Fugato omni equitatu Vercingetorix copias, ut pro castris conlocaverat, reduxit protinusque Alesiam ...iter faceret coepit ...2 Caesar impedimentis in proximum collem deductis, duabus legionibus praesidio relictis, secutus quantum diei tempus est passum, circiter tribus milibus hostium ex novissimo agmine interfectis altero die ad Alesiam castra fecit.

21. PLUTARQUE, *Caesar*, XXVI.

Διόπερ καὶ κινήσας ἐκεῖθεν ὑπερέβαλε τὰ Λιγγονικά, βουλόμενος ἅψασθαι τῆς Σηκουανῶν φίλων ὄντων καὶ προκειμένων τῆς Ἰταλίας πρὸς τὴν ἄλλην Γαλατίαν. ἐνταῦθα δὲ αὐτῷ τῶν πολεμίων ἐπιπεσόντων καὶ περισχόντων μυριάσι πολλαῖς,

Itaque Caesar inde motis castris per Lingones in Sequanos contendit socios et quorum regio omnium Gallicarum prima aditur ab Italia proficiscentibus. In itinere eum hostes adorti sunt, multisque hominum millibus circumfusis pu-

ὁρμήσας διαγωνίσασθαι τοῖς μὲν ὅλοις καταπολεμῶν ἐκράτησε χρόνῳ πολλῷ καὶ φόνῳ καταβιασάμενος τοὺς βαρβάρους, ἔδοξε δὲ κατ' ἀρχάς τι καὶ σφαλῆναι, καὶ δεικνύουσιν Ἀρβέρνοι ξιφίδιον πρὸς ἱερῷ κρεμάμενον, ὡς δὴ Καίσαρος λάφυρον. ὃ θεασάμενος αὐτὸς ὕστερον ἐμειδίασε, καὶ τῶν φίλων καθελεῖν κελευόντων οὐκ εἴασεν ἱερὸν ἡγούμενος.

gnare coactus, omnibus copiis suis in certamen commissis temporisque diuturnitate et caede subactos compressit barbaros ; tametsi initio videtur incommodum accepisse. Ostendunt enim Arverni pugionem in templo suspensum, ut spolium Caesaris. Quem ipse Caesar postea cum vidisset, subrisit, amicosque tollere volentes prohibuit, sacrum esse deputans.

22. Dion Cassius, *Hist. rom.*, XL, 39, 1.

Πρὶν δὲ τοῦτο γενέσθαι, καταφρονήσας ὁ Οὐερκιγγετόριξ τοῦ Καίσαρος ἐξ ὧν ἐπταίκει, ἐπ' Ἀλλόβριγας ἐστράτευσε, κἂν τούτῳ ὁρμήσαντα αὐτὸν ὡς καὶ βοηθήσοντά σφισιν, ἀπέλαβεν ἐν Σηκουανοῖς γενόμενον καὶ ἐνεκυκλώσατο, οὐ μέντοι κακόν τι εἰργάσατο, 2 ἀλλὰ καὶ πᾶν τοὐναντίον τούς τε Ῥωμαίους ἠνάγκασεν ἀγαθοὺς εἶναι ἀπογνώσει τῆς σωτηρίας, καὶ αὐτὸς ὑπό τε τοῦ πλήθους καὶ ὑπὸ τοῦ θράσους ἔπταισε, καί τι καὶ ὑπὸ τῶν Κελτῶν τῶν τοῖς Ῥωμαίοις συμμαχούντων

Id priusquam fieret, Vercingetorix Caesare despecto ob detrimenta quae is acceperat, Allobrogibus bellum inferre intendit : Caesarem iis auxilio proficiscentem in Sequanis deprehensum circumdat. Verum id Vercingetorigi longe secus quam instituerat, cecidit. Nam non modo cladem Romanis nullam intulit, verum eos desperatione salutis ad fortitudinem compulit : ipseque temeritate sua, quia multitudini suorum fidebat succubuit. Haud parum ad eam victoriam Germani quos

ἐσφάλη · 3 ταῖς τε γὰρ ὁρμαῖς ἁπλήστοις σώμασι τὴν τόλμαν προσεπισχυρίσαντες διέρρηξαν τὴν περίσχεσιν. εὑρὼν δὲ δὴ τὸ εὕρημα τοῦτο ὁ Καῖσαρ οὐκ ἀνῆκεν, ἀλλ' ἐς Ἀλεσίαν τοὺς διαφυγόντας αὐτῶν κατακλείσας ἐπολιόρκει.

Caesar ad auxilium evocaverat, Romanis contulerunt, qui audaciam suam ingenti corporum mole ac robore confirmantes circumiectorum hostium ordinem perruperant. Ab ea victoria sibi oblata Caesar nihil remittendum ratus, hostes Alesiam perfugientes oppido inclusit, ac in obsidione habuit.

51 av. J.-C.

23. Hirtius, *B. G.*, VIII, 11, 2.

Ipse (Caesar) equites in vicem Remorum ac Lingonum reliquarumque civitatum, quarum magnum numerum evocaverat, praesidio pabulationibus mittit qui subitas incursiones hostium * sustinerent.

* Les Bellovaques.

24. Suétone, *Caesar*, XXV.

Omnem Galliam ...praeter socias ac bene meritas civitates *, in provinciae formam redegit, eique quadringenties in singulos annos stipendii nomine imposuit.

* Dont les Lingons.

25. Hirtius, *B. G.*, VIII, 49, 1.

Caesar in Belgio cum hiemaret, unum illud propositum habebat, continere in amicitia civitates ... 3 Itaque honorifice civitates appellando, principes maximis praemiis adficiendo, nulla onera nova iniungendo, defessam tot adversis proeliis Galliam condicione parendi meliore facile in pace continuit.

49 av. J.-C.

26. Lucain, *Pharsalia*, I, 364.

(Caesar)... sparsas per Gallica rura cohortes
evocat...
Deseruere.....
castraque quae Vosegi curvam super ardua ripam
pugnaces pictis cohibebant Lingones armis.

48 av. J.-C.

27. César, *B. Civ.*, I, 39, 2.

Caesar ...auxilia peditum X milia, equitum III mil(ia) omnibus superioribus bellis habuerat, et parem ex Gallia numerum, quam ipse pacaverat, nominatim ex omnibus civitatibus nobilissimo et fortissimo quoque evocato.

27 *bis*. César, *B. Civ.*, I, 48, 4.

Neque maximei commeatus qui ex Italia Galliaque veniebant, in castra pervenire poterant.

27 *ter*. César, *B. Civ.*, I, 51, 1.

Venerant... equites ex Gallia cum multis carris magnisque impedimentis, ut fert Gallica consuetudo. 2 Erant praeterea cuiusque generis hominum milia circiter VI cum servis liberisque ; sed nullus ordo, nullum imperium certum, cum suo quisque consilio uteretur atque omnes sine timore iter facerent usei superiorum temporum atque itinerum licentia. 3 Erant complures honesti adulescentes, senatorum filii et ordinis equestris ; erant legationes civitatum ; erant legati Caesaris.

28. Dion Cassius, *Hist. Rom.*, XLI, 55, 3.

καὶ δυνάμεις Καῖσαρ μὲν τοῦ τε πολιτικοῦ τὸ πλεῖσ-

Iam copias Caesar habebat ex plurimis iisque opti-

τον καὶ καθαρώτατον καὶ ἐκ τῆς ...Γαλατίας πάσης... τοὺς μαχιμωτάτους εἶχε...

mis civibus constantes... omnique Gallia... bellicosissimum quemque.

44 av. J.-C.

29. Dion Cassius, *Hist. rom.*, XLIV, 42, 4.

(*Oraison funèbre de César, prononcée par Antoine*).

...καὶ νῦν δεδούλωται μὲν Γαλατία ...γεωργεῖται πᾶσα ὥσπερ αὐτὴ ἡ Ἰταλία, πλεῖται δὲ οὐ Ῥοδανὸς ἔτι μόνος οὐδ' Ἄραρις, ἀλλὰ καὶ Μόσας...

Et tunc omnis Gallia... agriculturam, sicut ipsa Italia exercet; navigatur non Rhodanus tantum Ararisque, sed et Mosa...

3. *L'époque d'Auguste.*

37 av. J.-C.

30. Strabon, *Geographica*, IV, 6, 11.

Τὸ δὲ Λούγδουνον ἐν μέσῳ τῆς χώρας ἐστὶν ὥσπερ ἀκρόπολις... διόπερ καὶ Ἀγρίππας ἐντεῦθεν τὰς ὁδοὺς ἔτεμε, τὴν..., καὶ τὴν ἐπὶ τὸν Ῥῆνον, καὶ τρίτην τὴν ἐπὶ τὸν ὠκεανόν, τὴν πρὸς Βελλοάκοις καὶ Ἀμβιανοῖς... ἔστι δὲ καὶ ἐν ἀριστερᾷ ἀφεῖσι τὸ Λούγδουνον καὶ τὴν ὑπερκειμένην χώραν ἐν αὐτῷ τῷ Ποινίνῳ πάλιν ἐκτροπὴ διαβάντι τὸν Ῥοδανὸν ἢ τὴν

Lugdunum quasi arx in media terra sita est... Quare illinc Agrippa vias munivit, unam... alteram ad Rhenum, tertiam ad oceanum in Bellovacis Ambianisque... Est etiam eis qui Lugdunum ulterioraque relinquunt ad laevum, Rhodanum lacumve Lemennam transgresso in ipso Poenino rursus deverticulum in campos Helvetiorum, indeque per montem Iuram

λίμνην τὴν Λημένναν εἰς τὰ Ἐλουητττίων πεδία, κἀντεῦθεν εἰς Σηκοανοὺς ὑπέρθεσις διὰ τοῦ τῶν ἐπ' ἄμφω καὶ ἐπὶ τὸν Ῥῆνον καὶ ἐπὶ τὸν ὠκεανὸν δίοδοι σχίζονται.

transcensus in Sequanos Lingonesque ; et per hos utroqueversus et ad Rhenum et ad oceanum itinera divisa sunt.

12 av. J.-C.

31. Strabon. *Geogr.*, IV, 3, 2.

Αὐτὸ μὲν δὴ τὸ Λούγδουνον ἐκτισμένον ὑπὸ λόφῳ κατὰ τὴν συμβολὴν τοῦ τε Ἄραρος τοῦ ποταμοῦ καὶ τοῦ Ῥοδανοῦ κατέχουσι Ῥωμαῖοι. εὐανδρεῖ δὲ μάλιστα τῶν ἄλλων πλὴν Νάρβωνος... τό τε ἱερὸν τὸ ἀναδειχθὲν ὑπὸ πάντων κοινῇ τῶν Γαλατῶν Καίσαρι τῷ Σεβαστῷ πρὸ ταύτης ἵδρυται τῆς πόλεως ἐπὶ τῇ συμβολῇ τῶν ποταμῶν · ἔστι δὲ βωμὸς ἀξιόλογος ἐπιγραφὴν ἔχων τῶν ἐθνῶν ἑξήκοντα τὸν ἀριθμὸν καὶ εἰκόνες τούτων ἑκάστου μία καὶ ἄλλος [ἀνδριὰς] μέγας.

Lugdunum ergo sub colle conditum ubi Arar in Rhodanum incidit, Romani obtinent. Post Narbonem haec urbs maxime omnium Gallicarum hominum frequentia pollet... Et templum ab omnibus communi sententia Gallis decretum Caesari Augusto, ante hanc urbem, ad concursum fluviorum, est positum : aram habet hoc memorabilem, cum inscriptione gentium, LX numero, et imagine singularum ; item aliam magnam.

9 av. J.-C.

32. Cassiodore. *Chronica*, ad ann. 745.

Drusus Nero et L. Quintius. His conss. apud Lingonum * gentem templum Caesari Drusus sacravit.

* Contrairement à l'opinion courante, C. Jullian (*Hist. de la Gaule*, IV, p. 89, note 6) corrigerait : *Lugdunum*, et rapporterait ainsi le texte à l'autel de Lyon : cf. n° 31.

4. *La dynastie julio-claudienne.*

14 ap. J.-C.

33. Tacite, *Ann.* I, 34, 1.

Germanicus quanto summae spei propior, tanto impensius pro Tiberio niti. Sequanos proximos et Belgarum * civitates in verba eius adigit.

* Pline (voir n° 90) place les Lingons parmi les Belges.

21 ap. J-C.

34. Tacite, *Ann.* III, 40, 1.

Eodem anno Galliarum civitates ob magnitudinem aeris alieni rebellionem coeptavere, cuius extimulator acerrimus inter Treviros Iulius Florus, apud Aeduos Iulius Sacrovir... 41, 1 Haud ferme ulla civitas intacta seminibus eius motus fuit.

35. Tacite, *Ann.* III, 43, 5.

Augebantur eae copiae vicinarum civitatum * ut nondum aperta consensione, ita viritim promptis studiis... 44, 1 At Romae non Treveros modo et Aeduos, sed quattuor et sexaginta civitates descivisse..... cuncta, ut mos famae, in maius credita.

* Cités voisines des Eduens.

48 ap. J.-C.

36. Tacite, *Ann.* XI, 23.

A. Vitellio L. Vipstano consulibus, cum de supplendo senatu agitaretur, primoresque Galliae quae Comata appellatur, foedera et civitatem Romanam pridem adsecuti, ius adipiscendorum in Urbe honorum expeterent, multus ea super re variusque rumor.

58 ap. J.-C.

37. Tacite, *Ann.* XIII, 53.

Vetus Mosellam atque Ararim, facta inter utrumque fossa conectere parabat, ut copiae per mare, dein Rhodano et Arare subvectae, per eam fossam, mox fluvio Mosella in Rhenum, exim Oceanum decurrerent, sublatisque itineris difficultatibus navigabilia inter se Occidentis Septentrionisque litora fierent. Invidit operi Aelius Gracilis Belgicae legatus, deterrendo Veterem, ne legiones alienae provinciae inferret studiaque Galliarum adfectaret, formidolosum id imperatori dictitans, quo plerumque prohibentur conatus honesti.

5. *La révolte de 70.*

69 ap. J.-C.

38. Suétone. *Galba*, XII.

Praecesserat de eo * fama... quod civitates Hispaniarum Galliarumque, quae cunctantius sibi accesserant, gravioribus tributis, quasdam etiam murorum destructione punisset...

* = Galba.

39. Tacite. *Hist.*, I, 8, 3.

Galliae super memoriam Vindicis obligatae recenti dono Romanae civitatis et in posterum tributi levamento. 4 Proximae tamen Germanicis exercitibus Galliarum civitates * non eodem honore habitae, quaedam etiam finibus ademptis pari dolore commoda aliena ac suas iniurias metiebantur.

* C'était le cas des Lingons qui n'avaient pas pris part à l'insurrection de Vindex ; cf. Plutarque, *Galba*, XVIII.

40. PLUTARQUE, *Galba*, XXII.

Καταλαμβάνει δ' αὐτὸν ἔτι μέλλοντα καὶ βουλευόμενον ἐκραγέντα τὰ Γερμανικά. κοινῇ γὰρ ἅπαντες οἱ στρατευόμενοι τὸν Γάλβαν ἐμίσουν οὐκ ἀποδιδόντα τὴν δωρεάν, ἰδίας δὲ ἐκεῖνοι προφάσεις ἐποιοῦντο Οὐεργινιόν τε Ῥοῦφον ἀπερριμμένον ἀτίμως καὶ Γαλατῶν τοὺς πολεμήσαντας αὐτοῖς δωρεῶν τυγχάνοντας, ὅσοι δὲ μὴ προσέθεντο Οὐίνδικι κολαζομένους...

Cunctantem adhuc et deliberantem Galbam Germanicorum militum defectio erumpens occupavit. Etenim cum universi milites ob non repraesentatum donarium Galbae essent infensi, Germanici peculiares afferebant causas, abiectum ignominiose Virginium Rufum, Gallos qui contra ipsos pugnassent, donis affectos, punitos qui non adiunxissent se Vindici.

41. TACITE. *Hist.*, I, 51, 6.

Nec deerat pars Galliarum, quae Rhenum accolit, easdem * partis secuta ac tum acerrima instigatrix adversum Galbianos : hoc enim nomen fastidito Vindice indiderant. 7. Igitur Sequanis Aeduisque ac deinde, prout opulentia civitatibus erat, infensi expugnationes urbium, populationes agrorum, raptus penatium hauserunt animo, super avaritiam et adrogantiam, praecipua validiorum vitia, contumacia Gallorum irritati, qui remissam sibi a Galba quartam tributorum partem et publice donatos in ignominiam exercitus iactabant.

* Les légions de Vitellius.

42. TACITE. *Hist.*, I, 53, 5.

Et Treviri ac Lingones, quasque alias civitates atrocibus edictis aut damno finium Galba perculerat, hibernis

legionibus propius miscentur ; unde seditiosa colloquia et inter paganos corruptior miles ; et in Verginium favor cuicumque alii profuturus.

43. Tacite. *Hist.*, I, 54, 1.

Miserat civitas Lingonum vetere instituto dona legionibus dextras, hospitii insigne. 2 Legati eorum in squalorem maestitiamque compositi per principia, per contubernia modo suas iniurias, modo vicinarum civitatum praemia, et ubi pronis militum auribus accipiebantur, ipsius exercitus pericula et contumelias conquerentes accendebant animos. 3 Nec procul seditione aberant cum Hordeonius Flaccus abire legatos, utque occultior digressus esset, nocte castris excedere iubet. 4 Inde atrox rumor, adfirmantibus plerisque interfectos, ac ni sibi ipsi consulerent, fore ut acerrimi militum et praesentia, conquesti per tenebras et inscitiam ceterorum occiderentur...

44. Tacite. *Hist.*, I, 57, 2.

(Fabius Valens) * ...coloniam Agrippinensem cum equitibus legionis auxiliariorumque ingressus imperatorem Vitellium consalutavit... 4 Ardorem exercituum Agrippinenses, Treviri, Lingones aequabant, auxilia, equos, arma, pecuniam offerentes, ut quisque corpore, opibus, ingenio validus. 5 Nec principes modo coloniarum aut castrorum quibus praesentia ex affluenti et parta victoria magnae spes, sed manipuli quoque et gregarius miles viatica sua et balteos phalerasque, insignia armorum argento decora, loco pecuniae tradebant, instinctu et impetu et avaritia.

* Légat de la première légion.

45. TACITE. *Hist.*, I, 59, 2.

Et erant in civitate Lingonum octo Batavorum cohortes, quartae decimae legionis auxilia *, tum discordia temporum a legione digressae, prout inclinassent, grande momentum sociae aut adversae.

* Voir les tuiles légionnaires de Mirebeau, plus loin, nos 162 sv.

45 bis. TACITE. *Hist.*, II, 27, 3.

Cohortes Batavorum quas bello Neronis a quarta decima legione digressas, cum Britanniam peterent, audito Vitellii motu in civitate Lingonum Fabio Valenti adiunctas rettulimus.

46. TACITE, *Hist.*, I, 64, 1.

Nuntium de caede Galbae... Fabius Valens in civitate Leucorum accepit... 4 Proxima Lingonum civitas erat, fida partibus. 5 Benigne excepti modestia certavere, sed brevis laetitia fuit cohortium intemperie, quas a legione quarta decima, ut supra memoravimus, digressas exercitui suo Fabius Valens adiunxerat. 6 Iurgia primum, mox rixa inter Batavos et legionarios, dum his aut illis studia militum adgregantur, prope in proelium exarsere, ni Valens animadversione paucorum oblitos iam Batavos imperii admonuisset. 7 Frustra adversus Aeduos quaesita belli causa ; iussi pecuniam atque arma deferre gratuitos insuper commeatus praebuere.

47. TACITE, *Hist.*, I, 78, 1.

(Otho)... Lingonibus * universis civitatem Romanam... dedit.

* Lipsius, s'appuyant sur le contexte, considère le texte comme corrompu et remplacerait *Lingonibus* par le nom d'une peuplade espagnole (*Lusonibus, Ilurconibus*). Cf. CIL. XIII,

p. 84. Si l'on conserve la leçon reçue, *Lingonibus* (voir nº 38), le droit de cité aurait sans doute été concédé aux Lingons à la suite des avances faites par Othon à Vitellius et aux légions de Germanie (voir nº 47 bis).

47 bis. Tacite, *Hist.*, I, 74, 1.

Crebrae interim, et muliebribus blandimentis infectae ab Othone ad Vitellium epistulae offerebant pecuniam et gratiam, et quemcumque quietis locum prodigae vitae legisset.

48. Tacite, *Hist.*, III, 44, 1.

Capto Valente cuncta ad victoris * opes conversa... 2 Nec Galliae cunctabantur.

* Vespasien.

70 ap. J.-C.

49. Tacite, *Hist.*, IV, 37, 1.

Ubi sedato impetu * metus rediit, centuriones cum epistulis ad civitates Galliarum misere auxilia ac stipendia oraturos... Vitellii tamen imagines in castris et per proximas Belgarum civitates repositae cum iam Vitellius occidisset.

* Après le meurtre d'Hordeonius.

50. Tacite, *Hist.*, IV, 54, 1.

Audita interim per Gallias Germaniasque mors Vitellii duplicaverat bellum... 5 Incesseratque fama primores * Galliarum, ab Othone adversus Vitellium missos, antequam digrederentur, pepigisse ne deessent libertati, si populum romanum continua bellorum civilium series et interna mala fregissent...

* Y avait-il des Lingons parmi ces *primores*, sénateurs romains (?) d'origine gauloise ?

51. Tacite, *Hist.*, IV, 55, 1.

Interfecto Hordeonio commeavere nuntiis inter Civilem Classicumque praefectum alae Trevirorum... 3 Miscuere sese Iulius Tutor et Iulius Sabinus, hic Trevir, hic Lingonus... Sabinum super insitam vanitatem falsae stirpis gloria incendebat : proaviam suam divo Iulio per Gallias bellanti corpore atque adulterio placuisse. 4 Hi secretis sermonibus animos ceterorum scrutari ubi quos idoneos rebantur conscientia obstrinxere, in colonia Agrippinensi in domum privatam conveniunt... 5 Sed plurima vis penes Treviros ac Lingonas nec tulere moras consultandi. 6 Certatim proclamant fuere discordiis populum Romanum, caesas legiones, vastatam Italiam, capi cum maxime urbem, omnis exercitus suis quemque bellis distineri ; si Alpes praesidiis firmentur, coalita libertate disceptaturas Gallias quem virium suarum terminum velint. 56, 1 Haec dicta pariter probataque ; de reliquiis Vitelliani exercitus dubitavere... 4 Ea primi concilii forma missique per Gallias concitores belli ; simulatum ipsi obsequium quo incautiorem Voculam opprimerent.

52. Tacite, *Hist.*, IV, 57, 1.

Vocula Gallorum fraude inlectus ad hostem contendit ; nec procul Veteribus aberat, cum Classicus et Tutor per speciem explorandi praegressi cum ducibus Germanorum pacta firmavere. 2 Tumque primum discreti a legionibus proprio vallo castra sua circumdant, obtestante Vocula non adeo turbatam civilis armis rem Romanam ut Treviris etiam Lingonibusque despectui sit. 3 Superesse fidas provincias, victores exercitus, fortunam imperii et ultores deos. 4 Sic olim Sacrovirum et Aeduos, nuper Vindicem Galliasque singulis proeliis concidisse. Eadem rursus numina, eadem fata ruptores foederum expectarent. 6 Melius divo Iulio divoque Augusto notos eorum animos ;

Galbam et infracta tributa hostilis spiritus induisse. 7 Nunc hostes, quia molle servitium ; cum spoliati exutique fuerint, amicos fore. 8 Haec ferociter locutus, postquam perstare in perfidia Classicum Tutoremque videt, verso itinere Novaesium concedit, Galli duum millium spatio distantibus campis consedere. 9 Illuc commeantium centurionum militumque emebantur animi, ut (flagitium incognitum) Romanus exercitus in externa verba iurarent pignusque tanti sceleris nece aut vinculis legatorum daretur.

53. Tacite, *Hist.*, IV, 67, 1.

Interea Iulius Sabinus proiectis foederis Romani monumentis Caesarem se salutari iubet magnamque et inconditam popularium turbam in Sequanos rapit, conterminam civitatem et nobis fidam ; nec Sequani detractavere certamen. 2 Fortuna melioribus adfuit ; fusi Lingones. 3 Sabinus festinatum temere proelium pari formidine deseruit ; utque famam exitii sui faceret, villam, in quam perfugerat, cremavit, illic voluntaria morte interisse creditus. 4 Sed quibus artibus latebrisque vitam per novem mox annos traduxerit, simul amicorum eius constantiam et insigne Epponinae uxoris exemplum suo loco reddemus.

70–79 ap. J.-C.

54. Dion Cassius (= Xiphilin, *Epitome*), LXVI, 3.

Ἰούλιος γάρ τις Σαβῖνος, ἀνὴρ πρῶτος τῶν Λιγγόνων, δύναμιν καὶ αὐτὸς ἰδίαν ἤθροισε καὶ Καῖσαρ ἐπωνομάσθη, λέγων ἔγγονος τοῦ Καίσαρος τοῦ Ἰουλίου εἶναι. ἡττηθεὶς δὲ μάχαις τισὶν

Iulius Sabinus vir inter Lingones primarius, exercitum peculiarem collegit fuitque Caesar cognominatus, quod se Iulio Caesare prognatum diceret. Deinde proeliis aliquot victus, rus

ἔφυγεν ἐς ἀγρόν τινα, κἀνταῦθα ἐς μνημεῖον ὑπόγειον, προκαταπρήσας αὐτό, κατέδυ· καὶ οἱ μὲν ᾤοντο κἀκεῖνον ἀπολωλέναι, ὁ δὲ ἐκρύφθη τε ἐν αὐτῷ ἐννέα ἔτη μετὰ τῆς γυναικός, καὶ παῖδας ἐξ αὐτῆς δύο ἄρρενας ἐκύησε.

16. Ὁ Σαβῖνος ἐκεῖνος ὁ Γαλάτης ὁ Καίσαρά ποτε ἑαυτὸν ὀνομάσας καὶ ἐς ὅπλα χωρήσας ἡττηθείς τε καὶ ἐς τὸ μνημεῖον κατακρυφθεὶς ἐφανερώθη * τε καὶ ἐς τὴν Ῥώμην ἀνήχθη . συναπέθανε δὲ αὐτῷ καὶ ἡ γυνὴ Πεπονίλλα, ἥπερ που καὶ διεσέσωστο αὐτόν, καίτοι καὶ τὰ παιδία τῷ Οὐεσπασιανῷ προβαλοῦσα καὶ ελεεινότατον ἐπ᾽ αὐτοῖς λόγον εἰπουσα, ὅτι ταῦτα, Καῖσαρ, καὶ ἐγέννησα ἐν τῷ μνημείῳ καὶ ἔθρεψα, ἵνα σε πλείονες ἱκετεύσωμεν. δακρῦσαι μὲν γὰρ αὐτὸν καὶ τοὺς ἄλλους ἐποίησεν, οὐ μέντοι καὶ ἠλεήθησαν.

abiit, ibique in sepulcrum subterraneum quod ipse prius incenderat, ingressus est : cumque constans esset opinio illum interiisse, in eo novem annos cum uxore delituit, ex eaque duos filios sustulit.

16. Sabinus ille Gallus, qui se Caesarem esse dixerat, atque cum ad arma venisset, victusque esset, in monumentum se abdiderat, agnitus et Romam adductus est. Cum eoque occisa est Peponilla uxor, quae eum incolumen servaverat, quamvis ea Vespasiano filios suos proposuerit, dixeritque ad captandam misericordiam : ego, Caesar, hos in monumento peperi aluique, ut plures tibi supplices essemus. Qua oratione etsi ei ceterisque qui aderant excivit lacrimas, tamen eis non pepercit.

* ou ἐφωράθη (éd. Boissevain).

55. PLUTARQUE, *Amatorius*, 25.

Κιουίλιος * γάρ, ὁ τὴν ἐν Γαλατίᾳ κινήσας ἀπόστα-

Civilis, qui defectionis in Gallia auctor fuit, cum alios

σιν, ἄλλους τε πολλοὺς ὡς εἰκὸς ἔσχε κοινωνοὺς καὶ Σαβῖνον ἄνδρα νέον οὐκ ἀγεννῆ, πλούτῳ δὲ καὶ δόξῃ ἀνθρώπων πάντων ἐπιφανέστατον. ἁψάμενοι δὲ πραγμάτων μεγάλων ἐσφάλησαν καὶ δίκην δώσειν προσδοκῶντες οἱ μὲν αὑτοὺς ἀνήρουν, οἱ δὲ φεύγοντες ἡλίσκοντο. τῷ δὲ Σαβίνῳ τὰ μὲν ἄλλα πράγματα ῥᾳδίως παρεῖχεν ἐκποδὼν γενέσθαι καὶ καταφυγεῖν εἰς τοὺς βαρβάρους· ἦν δὲ γυναῖκα πασῶν ἀρίστην ἠγμένος ἦν — ἐκεῖ μὲν Ἐμπονὴν ἐκάλουν, Ἑλληνιστὶ δ' ἄν τις Ἡρωΐδα προσαγορεύσειεν· — οὔτ' ἀπολιπεῖν δυνατὸς ἦν οὔτε μεθ' ἑαυτοῦ κομίζειν. ἔχων οὖν κατ' ἀγρὸν ἀποθήκας χρημάτων ὀρυκτὰς ὑπογείους, ἃς δύο μόνοι τῶν ἀπελευθέρων συνῄδεσαν, τοὺς μὲν ἄλλους ἀπήλλαξεν οἰκέτας, ὡς μέλλων φαρμάκοις ἀναιρεῖν ἑαυτόν, δύο δὲ πιστοὺς παραλαβὼν εἰς τὰ ὑπόγεια κατέβη· πρὸς δὲ τὴν γυναῖκα Μαρτιάλιον ἔπεμψεν ἀπελεύθερον ἀπαγγελοῦντα τεθνάναι μὲν ὑπὸ φαρμάκων, συμπεφλέχθαι δὲ μετὰ τοῦ σώματος τὴν ἔπαυ-

multos habuit, ut fieri solet, sui conatus socios, tum Sabinum quoque, hominem iuvenem non ignobilem et qui divitiis gloriaque omnes alios facile vinceret. Hi, rebus arduis tentatis, successu caruerunt : cumque supplicia se daturos praesentirent, partim se ipsos e vita eduxerunt, partim e fuga capti sunt. Sabinus autem ceteroqui facile licebat, fuga ad barbaros facta, saluti suae consulere; sed uxorem duxerat optimam, apud populares nomine Emponam — Graece Heroidem dicere; — hanc cum neque ducere secum, neque deserere posset, et ruri haberet sub terra effossas cameras, in quas reponi res utiles possent duobus tantum notas libertis, reliquos famulos omnes dimisit velut veneno sibi mortem consciturus, duos quos fideles norat, adsumpsit, et in specus istas subterraneas descendit; misso ad uxorem liberto Martiali, qui patronum veneno extinctum, et casam villae cum eo concrematam esse renuntiaret; vo-

λιν · ἐβούλετο γὰρ τῷ πένθει χρῆσθαι τῆς γυναικὸς ἄληθινῷ πρὸς πίστιν τῆς λεγομένης τελευτῆς . ὃ καὶ συνέβη · ῥίψασα γάρ, ὅπως ἔτυχε, τὸ σῶμα μετ' οἴκτων καὶ ὀλοφυρμῶν ἡμέρας τρεῖς καὶ νύκτας ἄσιτος διεκαρτέρησε . ταῦτα δ' ὁ Σαβῖνος πυνθανόμενος καὶ φοβηθείς, μὴ διαφθείρῃ παντάπασιν ἑαυτήν, ἐκέλευσε φράσαι κρύφα τὸν Μαρτιάλιον πρὸς αὐτήν, ὅτι ζῇ καὶ κρύπτεται, δεῖται δ' αὐτῆς ὀλίγον ἐμμεῖναι τῷ πένθει, καὶ μηδὲ πιθανὴν ἐν τῇ προσποιήσει γενέσθαι . τὰ μὲν οὖν ἄλλα παρὰ τῆς γυναικὸς ἐναγωνίως συνετραγῳδεῖτο τῇ δόξῃ τοῦ πάθους · ἐκεῖνον δ' ἰδεῖν ποθοῦσα νυκτὸς ᾤχετο, καὶ πάλιν επανῆλθεν, ἐκ δὲ τούτου λανθάνουσα τοὺς ἄλλους ὀλίγον ἀπέδει συζῆν ἐν Ἅιδου τἀνδρὶ πλέον ἑξῆς ἑπτὰ μηνῶν · ἐν οἷς κατασκευάσασα τὸν Σαβῖνον ἐσθῆτι καὶ κουρᾷ καὶ καταδέσει τῆς κεφαλῆς ἄγνωστον εἰς Ῥώμην ἐκόμισε μεθ' ἑαυτῆς τινῶν ἐλπίδων ἐνδεδομένων. πράξασα δ' οὐδὲν αὖθις ἐπανῆλθε, καὶ τὰ μὲν πολλὰ ἐκείνῳ συνῆν ὑπὸ γῆς, διὰ

lebat enim luctu uxoris fidem facere sui quem figebat interitus. Idque etiam evenit ; nam ea, ut erat, accepto nuntio, in terram proiecit sese, atque lamentans et eiulans tres dies ac totidem noctes sine cibo exegit. Quod ubi rescivit, Sabinus, metuens ne se prorsus vita exsolveret, occulte Martialem ei significare iussit vivere se etiamnum et occultari ; rogare autem ut adhuc aliquantulum in luctu perseveret, accurateque mariti interitum simulet. Tragoediam huius calamitatis uxor admodum artificiose egit ; tamen noctu desiderio visendi mariti ad eum ventitabat et redibat. Sic, nemine observante, tantum non apud inferos cum eo consuevit per septem amplius menses integros ; postea, facta spe impetrandae veniae, veste, tonsura et capitis redimiculo ignotum obviis redditum, secum Romam perduxit. Sed re infecta rediit, et cum eo maiorem temporis partem sub terra exigens, interdum Romam ibat, amicis et necessariis mulieribus se

χρόνου δ' εἰς πόλιν ἐφοίτα ταῖς φίλαις ὁρωμένη καὶ οἰκείαις γυναιξί . τὸ δὲ πάντων ἀπιστότατον, ἔλαθε κύουσα λουομένη μετὰ τῶν γυναικῶν · τὸ γὰρ φάρμακον, ᾧ τὴν κόμην αἱ γυναῖκες ἐναλειφόμεναι ποιοῦσι χρυσοειδῆ καὶ πυρράν, ἔχει λίπασμα σαρκοποιὸν ἢ χαυνωτικὸν σαρκός, ὥσθ' οἷον διάχυσίν τινα ἢ διόγκωσιν ἐμποιεῖν · ἀφθόνῳ δὴ χρωμένη τούτῳ πρὸς τὰ λοιπὰ μέρη τοῦ σώματος, αἰρόμενον καὶ ἀναπιμπλάμενον ἀπέκρυπτε τὸν τῆς γαστρὸς ὄγκον . τὰς δ' ὠδῖνας αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν διήνεγκεν, ὥσπερ ἐν φωλεῷ λέαινα κατα-δῦσα πρὸς τὸν ἄνδρα, καὶ τοὺς γενομένους ὑπεθρέψατο σκύμνους ἄρρενας · δύο γὰρ ἔτεκε . τῶν δ' υἱῶν ὁ μὲν ἐν Αἰγύπτῳ πεσὼν ἐτελεύτησεν, ὁ δ' ἕτερος ἄρτι καὶ πρῴην γέγονεν ἐν Δελφοῖς παρ' ἡμῖν ὄνομα Σαβῖνος. ἀποκτείνει μὲν οὖν αὐτὴν ὁ Καῖσαρ · ἀποκτείνας δὲ δίδωσι δίκην, ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ τοῦ γένους παντὸς ἄρδην ἀναιρεθέντος . οὐδὲν γὰρ ἤνεγκεν ἡ τόθ' ἡγεμονία σκυθρωπότερον οὐδὲ μᾶλλον

videndam praebens. Et, quod creditu difficillimum est, cum iis lavans fefellit uterum gerens ; nam medicamentum, quo mulieres comam inungentes faciunt auri in morem rutilam et flavam, pinguedinem habet, qua caro sive fit grandior sive laxior, itaque diffunditur quasi et maior fit eius moles : hoc illa in ceteris membris usa affatim, attollens se et turgidum celavit ventris onus. Partus vero dolores sola ipsa pertulit, leaenae in morem ad maritum in foveam sese abdens, natosque mares velut catulos educavit; peperit enim duos filios. Quorum alter in Aegypto occubuit, alter nuper admodum Delphis nobiscum fuit, nomine Sabinus. Ipsam vero Caesar interfecit ; sed caedis poenas dedit, exiguo temporis spatio tota stirpe ipsius funditus interempta. Nullam enim rem hoc facto tristiorem istud tulit imperium, neque fuit cur ullius rei adspectum magis et dii et genii aversarentur ; miserationem quidem spectantibus ipsa exemit magnani-

ἑτέραν εἰκὸς ἦν καὶ θεοὺς καὶ δαίμονας ὅψιν ἀποστραφῆναι · καίτοι τὸν οἶκτον ἐξῆρει τῶν θεωμένων τὸ θάρραλέον αὐτῆς καὶ μεγαλήγορον, ᾧ καὶ μάλιστα παρώξυνε τὸν Οὐεσπασιανόν, ὡς ἀπέγνω τῆς σωτηρίας πρὸς αὐτὸν ἀλλαγὴν κελεύουσα · βεβιωκέναι γὰρ ὑπὸ σκότῳ καὶ κατὰ γῆς ἥδιον ἢ βασιλεύειν ἐκείνῳ'.

mitate sua et grandiloquentia, quibus etiam maxime irritavit Vespasianum; desperata enim salute, ei nunciari iussit : suavius sibi fuisse in tenebris et sub terra vivere quam ipsi imperio potiri.

* Le texte reçu porte Ἰούλιος = Iulius Civilis.

70 ap. J.-C.

56. Tacite, *Hist.*, IV, 67, 5.

Sequanorum prospera acie belli impetus stetit. 6 Resipiscere paulatim civitates fasque et foedera respicere, principibus Remis, qui per Gallias edixere ut missis legatis in commune consultarent, libertas an pax placeret.

57. Tacite, *Hist.*, IV, 68, 7.

Legiones victrices, octava, undecima, decima tertia Vitellianarum unaetvicensima, e recens conscriptis secunda Poeninis Cottianisque Alpibus, pars monte Graio traducuntur; quarta decima legio e Britannia, sexta ac prima ex Hispania accitae.

Voir, plus loin, les tuiles légionnaires de Mirebeau, nº 162 sv.

58. Tacite, *Hist.*, IV, 68, 8.

Igitur venientis exercitus fama et suopte ingenio ad mitiora inclinantes Galliarum civitates in Remos con-

venere... 69, 2 Constat obstitisse Treviris Lingonibusque apud Gallias, quod Vindicis motu cum Verginio steterant. ... 4 Nondum victoria, iam discordia erat, aliis foedera, quibusdam opes virisque aut vetustatem originis per iurgia iactantibus...

70, 1 Igitur non Treviri neque Lingones ceteraeve rebel lium civitates pro magnitudine suscepti discriminis agere; ne duces quidem in unum consulere.

59. Tacite, *Hist.*, IV, 73, 1.

Mox Treviros ac Lingonas ad contionem vocatos ita adloquitur * : 2 « Neque ego umquam facundiam exercui, et populi Romani virtutem armis adfirmavi ; sed quoniam apud vos verba plurimum valent bonaque ac mala non sua natura, sed vocibus seditiosorum aestimantur, statui pauca disserere quae profligato bello utilius sit vobis audisse quam nobis dixisse. 3 Terram vestram ceterorumque Gallorum ingressi sunt duces imperatoresque Romani nulla cupidine, sed maioribus vestris invocantibus, quos discordiae usque ad exitium fatigabant, et acciti auxilio Germani sociis pariter atque hostibus servitutem imposuerant... 5 Nec ideo Rhenum insedimus ut Italiam tueremur, sed ne quis alius Ariovistus regno Galliarum potiretur. 6 An vos cariores Civili Batavisque et transrhenanis gentibus creditis quam maioribus eorum patres avique vestri fuerunt ? 7 Eadem semper causa Germanis transcendendi in Gallias, libido atque avaritia et mutandae sedis amor, ut relictis paludibus et solitudinibus suis fecundissimum hoc solum vosque ipsos possiderent ;...

74, 1 Regna bellaque per Gallias semper fuere donec in nostrum ius concederetis. 2 Nos, quamquam totiens lacessiti, iure victoriae id solum vobis addidimus, quo pacem tueremur ; nam neque quies gentium sine armis neque

arma sine stipendiis neque stipendia sine tributis haberi queunt ; cetera in communi sita sunt. 3 Ipsi plerumque legionibus nostris praesidetis, ipsi has aliasque provincias regitis ; nihil separatum clausumve. 4 Et laudatorum principum usus ex aequo quamvis procul agentibus : saevi proximis ingruunt... 8 Octingentorum annorum fortuna disciplinaque compages haec coaluit, quae convelli sine exitio convellentium non potest ; sed vobis maximum discrimen penes quos aurum et opes, praecipuae bellorum causae ? Proinde pacem et urbem, quam victi victoresque eodem iure obtinemus, amate, colite ; moneant vos utriusque fortunae documenta ne contumaciam cum pernicie quam obsequium cum securitate malitis. »

10 Tali oratione graviora metuentis composuit erexitque.

* Cerialis.

60. Frontin, *Stratagemata*, IV, 3, 14.

Auspiciis Imperatoris Caesaris Domitiani Augusti Germanici eo bello, quod Iulius Civilis in Gallia moverat, Lingonum opulentissima civitas, quae ad Civilem desciverat, cum adveniente exercitu Caesaris populationem timeret, quod contra exspectationem inviolata nihil ex rebus suis amiserat, ad obsequium redacta septuaginta milia armatorum tradidit mihi.

61. Tacite, *Hist.*, IV, 76, 1.

Apud Germanos diversis sententiis certabatur... 7 (Tutor... adfirmabat) Neque Treviros aut Lingonas benevolentia contineri : resumpturos arma, ubi metus abscesserit.

62. Tacite, *Hist.*, IV, 77, 1.

Media acies * Ubiis Lingonibusque data ... 78, 3 Tutor et Classicus et Civilis suis quisque locis pugnam ciebant, Gallos pro libertate... instigantes... 7 Sed obstitit vincentibus pravum inter ipsos certamen omisso hoste spolia consectandi.

* L'armée de Tutor et de Classicus ; il n'y avait là sans doute que quelques Lingons, puisque la masse s'était rendue aux arguments de Cerialis ; cf. Jullian, *H. G.*, IV, p. 215.

6. La lutte contre les barbares (270-300).

vers 273 ap. J.-C.

63. Grégoire de Tours, *Hist. Fr.*, III, 19.

Est * autem castrum firmissimis muris in media planitiae et satis iocunda conpositum, terras valde fertiles atque fecundas, ita ut, arvis semel scissis vomere, semina iaceantur et magna fructuum opolentia subsequatur. A meridie habet Oscara fluvium piscibus valde praedivitem. ab aquilone vero alius fluviolus venit, qui per portam ingrediens ac sub pontem decurrens, per aliam rursum portam egreditur, totum monitionis locum placida unda circumfluens, ante portam autem molinas mira velocitate divertit. Quattuor portae a quattuor plagis mundi sunt positae, totumque aedificium XXXIII turres exornant, murus vero illius de quadris lapidibus usque in viginti pedes desuper a minuto lapide aedificatum habetur, habens in altum pedes XXX, in latum pedes XV. Qui cur civitas dicta non sit, ignoro. Habet enim in circuitu praetiosos fontes ; a parte autem occidente montes sunt uberrimi vineisque repleti, qui tam nobile incolis falernum porri-

gunt, ut respuant Cabillonum. Nam veteres ferunt ab Aureliano hoc imperatore fuisse aedificatum.

* Locus Divionensis.

276-277 ap. J.-C.

64. Flavius Vopiscus, *Probus*, 13.

... cum ingenti exercitu Gallias petit *, quae omnes, occiso Postumo turbatae fuerant, interfecto Aureliano a Germanis possessae. Tanta autem illic proelia et tam feliciter gessit, ut a barbaris sexaginta per Gallias nobilissimas reciperet civitates, praedam deinde omnem, qua illi praeter divitias etiam efferebantur ad gloriam. Et cum iam in nostra ripa, immo per omnes Gallias securi vagarentur, caesis prope quadragentis millibus, qui Romanum occupaverant solum, reliquias ultra Nigrum fluvium et Albam removit...

* Probus.

65. Flavius Vopiscus, *Probus*, 15.

(*Lettre de Probus au Sénat*) Coronas, quas mihi obtulerunt omnes Galliae civitates aureas, vestrae, p. c., clementiae dedicavi. Has Iovi optimo maximo ceterisque diis deabusque immortalibus vestris manibus consecrate.

297 ap. J.-C.

66. *Panegyricus Constantio Caesari* = V (Baehrens, p. 147), 21.

... nunc per victorias tuas, Constanti Caesar invicte, quicquid infrequens Ambiano et Bellovaco et Tricassino solo Lingonicoque restabat, barbaro cultore revirescit.

298 ? ap. J.-C. [1].

67. Eutrope, *Breviarum*, IX, 23.

Per idem tempus a Constantio Caesare in Gallia bene pugnatum est circa Lingonas. Die una adversam et secundam fortunam expertus est. Nam cum repente barbaris ingruentibus intra civitatem esset coactus tam praecipiti necessitate, ut clausis portis in murum funibus tolleretur vix quinque horis mediis adventante exercitu sexaginta fere milia Alamannorum cecidit.

68. *Panegyricus Maximiano et Constantino* = VI (Baehrens, p. 151), 4 (prononcé en 305).

Multa ille * Francorum milia, qui Bataviam aliasque cis Rhenum terras invaserant, interfecit, depulit, cepit, abduxit.

* Constance.

69. *Panegyricus Constantino Augusto* = VII (Baehrens, p. 164), 6 (prononcé en 310).

Quid commemorem Lingonicam victoriam etiam imperatoris ipsius vulnere gloriosam ?

70. Saint Jérome, *Chronicon*, ad ann. Abr. 2317.

Iuxta Lingonas a Constantio Caesare LX milia Alamannorum caesa.

---

1. Les diverses sources — que j'ai rangées ici suivant l'ordre chronologique des auteurs — ne s'accordent point sur la date de l'événement ; j'ai adopté celle que propose Jullian, *H. G.*, VII, p. 87.

Cassiodore [1], *Chronic.*, ad ann. 302.

Constantius IIII et Maximus IIII. His conss. LX milia Alamannorum caesa sunt.

Jornandès, *Romana*, ad ann. 300.

Constantius iuxta Lingonas una die LX milia Alamannorum cecidit.

71. Paul Orose, *Adv. Paganos*, VII, 25.

Constantius vero Caesar in Gallia primo proelio ab Alamannis profligato exercitu suo, vix ipse subreptus est ; secundo autem secuta est satis secunda victoria : nam paucis horis sexaginta milia Alamannorum caesa referuntur.

72. Théophane, *Chronographia* (éd. de Boor, I, p. 8), ad ann. 288.

ἐν δὲ ταῖς Γαλλίαις ἀγχίστροφος ἐκ παραδόξου γέγονε Κωνσταντίῳ τῷ καίσαρι τύχη · ἐν ὥραις γὰρ ἓξ τῆς αὐτῆς ἡμέρας καὶ ἡττώμενος ὤφθη καὶ νικῶν ἀπεδείχθη. ἄρτι μὲν γὰρ ἐπικλύσαντες οἱ Ἀλαμάνοι τῷ Κωνσταντίου στρατῷ ἄχρι καὶ εἰς τὰ τείχη κατεδίωξαν, αὐτὸς δὲ ἠκολούθει τελευταῖος φεύγοντι τῷ στρατῳ.

.. in Galliis autem anceps omnino dubiaque belli fortuna Constantio Caesari ex inopinato contigit. Eiusdem quippe diei sex horarum intervallo victus et vicisse visus est. Nam effusi in Constantii exercitum Alamanni ad castrorum usque muros cum sunt insecuti : ipse vero dux extremus fugientis exercitus premens

1. J'ai rattaché à saint Jérôme, Cassiodore et Jornandès qui en dépendent.

ἐπειδὴ δὲ κεκλεισμένων τῶν πυλῶν οὐδὲ ἔσω τοῦ τείχους ἠδυνήθη εἰσελθεῖν, χεῖρας ἐξέτεινον οἱ πολέμιοι πρὸς τὸ συλλαβεῖν αὐτόν· σχοίνους δὲ καθέντες ἀπὸ τοῦ τείχους ἀνείλκυσαν αὐτόν. ἔσω δὲ γενόμενος καὶ τὸν στρατὸν παραθαρσύνας, ἐπεξελθὼν τοῖς Ἀλαμάνοις νίκην ἔσχε λαμπράν, ὥστε ἑξακισχιλίους πεσεῖν.

vestigia se recipiebat. Obseratis vero portis, cum intro non potuisset admitti, extensas ad eum comprehendendum hostium manus nusquam evasisset, nisi demissis per murum funibus ad castra fuisset subvectus. Intro receptus, verbis exercitum animat et corroborat et impetu in Alamannos facto, caesis eorum sex millibus praeclaram assequitur victoriam.

73. Zonaras, *Epitome historiae*, XII, 31.

Ὁ δέ γε Καῖσαρ Κώνστας ἐν ταῖς Γαλλίαις πρὸς Ἀλαμαννοὺς μαχόμενος τῆς αὐτῆς ἡμέρας ἥττητο καὶ νενίκηκε. πρότερον μὲν γὰρ τῶν Ἀλαμαννῶν τῇ αὐτοῦ στρατιᾷ μετὰ ῥύμης ἐφορμησάντων σφοδρᾶς, εἰς φυγὴν ἐτράπησαν ἅπαντες. οἷς καὶ αὐτὸς ὁ Κώνστας συναποδιδράσκων ἑαλω ἂν παρὰ βραχύ· ὀπίσω γὰρ ἐρχόμενος κεκλεισμένας εὗρε τὰς πύλας τῆς πόλεως· οἱ δὲ διώκοντες ἐγγίζοντες ἤδη ἕτοιμοι ἦσαν ἐκεῖνον συλλήψεσθαι, καὶ κἂν ἀπήχθη δέσμιος, εἰ μὴ σχοίνους ἐκ

Constantius Caesar in Galliis adversus Alamannos bellum gerens, eodem die et victus est, et vicit. Nam primum cum Alamanni magno impetu in eius exercitum irruerent, terga omnes dederunt, quos dum Constantius fuga postremus consequitur, parum abfuit quin portis iam clausis caperetur : ac plane ab hostibus comprehensus esset, in eum capiendum intentis, nisi funibus ex muro demissis attractus esset. Ita conservatus, atque in urbem receptus, convocato statim exer-

τοῦ τείχους ἄνωθεν καθιμήσαντες ταύταις αὐτὸν ἀνιμήσαντο. οὕτω δὲ περισωθεὶς καὶ τῆς πόλεως ἐντὸς γεγονώς, καὶ τὴν στρατιὰν ἀθροίσας αὐτίκα καὶ λόγοις αὐτὴν παρακλητικοῖς εἰς ἀλκὴν διεγείρας καὶ θάρσος οἷον ἐμπνεύσας αὐτῇ, ἔξεισιν εὐθὺς καὶ συμμίξας τοῖς πολεμίοις νικᾷ νίκην περιφανῆ, ὥστε περὶ ἑξήκοντα χιλιάδας ἐκείνων πεσεῖν.

citu, oratione habita, qua militum animis alacritatem ad rem strenue gerendam attulit, ac fiduciam quamdam quasi inspiravit, statim duxit contra hostem atque illustri victoria potitus est, circiter LX millibus Alamannorum caesis.

7. *Constantin, Julien et les grandes invasions.*

308 ap. J.-C.

74. *Panegyricus Constantino Aug.* = VII (Baehrens, p. 174), 18.

(milites) ... iter a Rheno usque ad Ararim sine ulla requie peregerunt indefessis corporibus *...

* Au cours de la lutte de Constantin contre Maxence.

309 ap. J.-C.

75. *Panegyr. Constantino Aug.* = VII (Baehrens, p. 177), 21.

... Ubi deflexisses * ad templum toto orbe pulcherrimum, immo ad praesentem, ut vidisti, deum, vidisti enim, credo, Constantine, Apollinem tuum comitante victoria coronas

tibi laureas offerentem, quae tricenum singulae ferunt omen annorum.

* En revenant de Marseille, sur la route de Langres à Trêves ; peut-être s'agit-il de Grand : Jullian, *H. G.*, VII, p. 107, note 2 ; cf. *ibid.*, note 5.

343-344 ap. J.-C.

76. S[t] Athanase, *Apolog. Contra Arianos*, 37.

Ἡ ἁγία σύνοδος ἡ κατὰ Θεοῦ χάριν εν Σαρδικῃ συναχθεῖσα ἀπὸ Ῥώμης καὶ Σπανιῶν, Γαλλιῶν...

Sanctum concilium Dei gratia Sardicae congregatum ex Roma, Hispaniis, Galliis...

50. Γαλλίας : ... Δισιδέριος...

Ex Gallia : ... Desiderius.

346 ap. J.-C.

77. *Conc. Agrippinense* (Labbé, I, p. 615 ; Mansi, II, p. 1371).

Post consulatum Amantii et Albini, IV Idus Maias, cum consedissent episcopi in Agrippinensium civitate, id est... ; consentientibus et mandantibus ...Desiderio Lingonicae...

* Sur la question du synode de Cologne, bibliographie dans Jullian, *H. G.*, VII, p. 149, note 6.

357 ap. J.-C.

78. Ammien Marcellin, *Res gestae*, XVI, 11, 4.

Laeti barbari ad tempestiva furta sollertes inter utriusque * exercitus castra occulte transgressi invasere ** Lugdunum incautam ... 5 ... agili studio Caesar missis cuneis tribus equitum expeditorum et fortium, tria *** obser-

vavit itinera, sciens per ea erupturos procul dubio grassatores nec conatus irritus fuit.

* Armées de Julien et de Barbation, sur le Rhin.

** Sans doute, par le pays de Langres, où des Lètes avaient été installés ; voir, plus haut, n° 66, et plus bas, n° 82.

*** Parmi lesquels, sans doute, la route de Langres au Rhin par Port-Abucin; cf. Jullian, *H. G.*, VII, p. 192.

367 ap. J.-C.

79. Ammien Marcellin, *Res gestae*, XXVII, 1, 1.

Alamanni..... Gallicanos limites formidati iam persultabant, statimque post kalendas Ianuarias, cum per glaciales tractus hiemis rigidum inhorresceret sidus, cuneatim egressa multitudo licentius vagabatur. 2 Horum portioni primae Charietto, tunc per utramque Germaniam comes occursurus cum milite egreditur ad bella ineunda promptissimo, adscito in societatem laboris Severiano itidem comite invalido et longaevo, qui apud Cabillona Divitensibus praesidebat et Tungricanis... 2, 1 ... Iovinus... cautissime observans utrumque sui agminis latus, venit prope locum Scarponna, ubi inopinus maiorem barbarorum plebem... ad internecionem extinxit... 4 ... Iovinus... in tertium cuneum qui restabat, propere castra commovit, et maturato itinere prope Catalaunos invenit.

1. Une bande a pu pénétrer vers Châlons par la voie de Langres au Rhin; une autre sur Scarponne par Langres, la Meuse et la Moselle : Jullian, *H. G.*, VII, p. 236, note 6.

395 ap. J.-C.

80. Claudien, *In Rufinum*, II, vers 104.

Utraque castra movens (Stilicho), Phoebi properabat ad ortus,
Gallica discretis Eoaque robora turmis

Complexus...
Inde truces flavo comitantur vertice Galli
Quos Rhodanus velox, Araris quos tardior ambit,
....

398 ap. J.-C.

81. Claudien, *De consul. Stilichonis*, III, 94.

Aut quibus exemplis fecunda Tibris ab Arcto
Vexit Lingonico sudatas vomere messes.

vers 400 ap. J.-C.

82. *Notitia dignitatum*, *Occ.*, XL, 32.

Item per lineam valli *.
33. Tribunus cohortis quartae Lingonum, Segeduno.
.....
48. Tribunus cohortis secundae Lingonum, Congavata.
XLII, 37. Praefectus laetorum Lingonensium per diversa dispersorum Belgicae primae.
.....
69. Praefectus Sarmatarum gentilium, Lingonas.

* Valli Hadriani.

406 ap. J.-C.

83. S. Jérome. *Epist. CXXIII, ad Geruchiam*, 15.

Innumerabiles et ferocissimae nationes universas Gallias occuparunt. Quicquid inter Alpes et Pyrenæum est, quod Oceano Rhenoque concluditur, Quadus, Vandalus, Sarmata, Halani, Gypedes, Heruli, Saxones, Burgundiones, Alamanni et... hostes Pannonii vastaverunt ... Lugdunensis ... provinciæ, præter paucas urbes cuncta populata sunt. Quas et ipsas foris gladius, intus vastat fames.

84. Salvien, *De gubern. Dei*, VII, 12.

... excitata est in perniciem ac dedecus nostrum gens ignavissima, quae de loco ad locum pergens de urbe in urbem transiens universa vastaret. Ac primum a solo patrio effusa est in Germaniam... post cuius primum exitium arsit regio Belgarum deinde opes Aquitanorum... et post haec corpus omnium Galliarum, sed paulatim id ipsum tamen, ut, dum pars clade caeditur, pars exemplo emendaretur.

406 ? ap. J.-C.

85. *Acta S. Desiderii* (AASS, Mai. V, p. 247).

Tempore illo cum Wandalorum barbara et gentilis ferocitas ad Galliarum venisset debellandas provincias ; et devictis ac superatis Gallis, Galliarum etiam urbes infestatione bellica plurimum devastaret, et in rapina praedae crudelissime cuncta depopularetur cupiditatis instinctu ; nutus Dei, eventus etiam rei atque itineris, gentem ipsam nefandam cum rege eorum Crosco ad civitatem Lingonas usque perduxit.

Je rapporte le texte à l'invasion de 406, parce que c'en est là l'interprétation courante, bien qu'il convienne de rattacher le martyre de l'évêque Didier à la période troublée de 351-357 ; voir les nos 76 et 77. Je suis complètement, sur ce point, de l'avis de Chaume, *Origines du duché de Bourgogne*, II, p. 967 : l'argument tiré de l'époque de la destruction des *villae* lingones est, en particulier, très fort.

451 ap. J. C.

86. *Vita Lupi, episc. Trecensis* (AASS, Jul. VII, p. 81).

Inter haec non longa post tempora imminentibus Hunis, quorum per Gallias ubique diffusus premebat exercitus ;... ille feralis Attila et immitis fidem eius altiore sensu susci-

piens, pro incolumitatis suae statu, exercitusque sui salute, secum indicit iterum. Rheni etiam fluenta visurum : ibique eum demittendum pariter pollicetur... Regressus (Lupus) namque ut vidit servorum dispersionem, et turbatum ad montis perfugium Latisconi * expertus...

* Le Mont-Lassois, commune de Vix-Saint-Marcel (C.-O.), au diocèse de Langres.

II. GÉOGRAPHIE

1. *La cité : limites et bourgades.*

87. César, *B. G.*, I, 1, 2.

... Gallos... a Belgis Matrona et Sequana dividit...

88. Strabon, *Géogr.*, IV, 3, 4.

...ὑπὲρ οὖν τῶν Ἑλουηττίων καὶ τῶν Σηκοανῶν Αἴδουοι καὶ Λίγγονες οἰκουσι πρὸς δύσιν, ὑπὲρ δὲ τῶν Μεδιοματρικῶν Λεῦκοι καὶ τῶν Λιγγόνων τι μέρος.

...trans Helvetios et Sequanos ad occidentem Aedui et Lingones habitant, super Mediomatricos Leuci et pars Lingonum.

88 *bis*. Strabon, *Géogr.*, IV, 1, 11.

ῥεῖ δὲ καὶ ὁ Ἄραρ ἐκ τῶν Ἄλπεων ὁρίζων Σηκοανούς τε καὶ Αἰδούους καὶ Λιγκασίους...

Fluit Arar ex Alpibus, terminus Sequanorum, Aeduorum et Lincasiorum.

89. Pomponius Mela, *Chorographia*, III, 2.

... ab eo [Pyrenaeo] ad Sequanam Celtae, inde ad Rhenum pertinent Belgae.

90. Pline, *Hist. natur.*, IV, 31.

Gallia omnis Comata uno nomine appellata in tria populorum genera dividitur, amnibus maxime distincta. A Scalde ad Sequanam Belgica... A Scaldi incolunt.., Introrsus... Leuci liberi, Treveri liberi antea et Lingones foederati, Remi foederati, Mediomatrici, Sequani.

91. Ptolémée, *Géographia*, II, 8, 3.

Ἡ δ' ἀνατολικὴ τῶν πλευρῶν συνῆπται μὲν τῇ Βελγικῇ κατὰ τὸν Σηκοάναν ποταμὸν, οὗ τὸ μεταξὺ ἐπέχει μοίρας

κδ′ μζ′ γ″

καὶ ἔτι τῇ ἐπ' εὐθείας αὐτῷ γραμμῇ μέχρι πέρατος, οὗ ἡ θέσις

κέ μέ λ″.

Orientale autem latus * confine est cum Belgica ad Sequanae fluvii tractum, cuius pars media ** sita est

24° 47° 20′

et ad lineam quae eodem tractu recta porrigitur usque ad huncce terminum

25° 45° 30′.

* De la Gaule Lugdunaise.

** Il s'agit en réalité de la source. La Seine était censée prendre sa source dans les Alpes ; voir plus bas, n° 109.

92. Ptolémée, *Géogr.*, II, 9, 9.

Ὑπὸ δὲ τούτους καὶ τοὺς Λευκοὺς παρήκουσι Λόγγονες, ὧν πόλις Ἀνδομάτουνον κϛ′ δ″ μϛ′ γ″.

Infra hos * et Leucos porrecti habitant Longones, quorum est oppidum Andomatunnum 26° 15′ 46° 20′.

10. Καὶ μετὰ τὸ ὑποκείμενον αὐτοῖς ὄρος, ὃ καλεῖται Ἰουρασσὸς.....

10. Et post montem, qui infra eos situs est quique appellatur Iurassus...

* Triboques, Rauraques...

93. Ausone, *Mosella*, v. 461.

Non tibi se Liger anteferet, non Axona praeceps,
Matrona non, Gallis Belgisque intersita finis.

94. Ammien Marcellin, *Res gest.*, XV, 11, 3.

... a Belgis vero eandem gentem (Gallos) Matrona discindit et Sequana, amnes magnitudinis geminae : qui fluentes per Lugdunensem...

95. Marcien d'Héraclée, *Periplus*, II, 24 (= Müller, I, p. 553).

Ἡ Λουγδουνησία Γαλλία περιορίζεται... ἀπὸ δὲ ἀνατολῶν τῇ Βελγικῇ ἐπαρχίᾳ κατὰ τὸν Σηκοάναν ποταμὸν...

Gallia Lugdunensis terminatur... ab oriente vero Belgica provincia ad Sequanam fluvium...

25. Τὸ δὲ τῆς Λουγδουνησίας μῆκός ...καταλῆγον κατὰ τὴν ἀνατολικὴν πλευρὰν, καθ' ἣν συνῆπται τῇ Βελγικῇ κατὰ τὸν Σηκοάναν ποταμὸν...

25. Longitudo Lugdunensis ...desinit ad orientale latus ubi coniuncta est Belgicae ad Sequanam fluvium...

27. Ἡ Βελγικὴ ...περιορίζεται... ἀπὸ δε δύσεως τῇ Λουγδουνησίᾳ ἐπαρχίᾳ καὶ τῷ προειρημένῳ Σηκοάνᾳ ποταμῷ...

27. Belgica ... terminatur ... ab occidente Lugdunensi provincia et praedicto Sequana fluvio.

96. *Notitia Galliarum*, I, 2.

In provincia Lugdunensi prima... 5 Civitas Lingonum. IX, 1 In provincia Maxima Sequanorum... 10 Portus Abucini *.

* Port-sur-Saône.

97. Julius Honorius, *Cosmographia*, 16 (Recens. B = Riese, *Géogr. lat. min.*, p. 33).

Oceani occidentalis insulae... Orcades. Illyricum | Noricum | Lingonici | Histrici | Matrona | ... * 19 Quae oppida in provinciis suis habet oceanus occidentalis... Petavione : Bona Mansio, Argentaria, Sauromatae, Nemauso, Lingones, Durocortorum. Samarobriva, Santones. Lingones iterum.

* Riese se demande comment ces noms ont pu être insérés ici : au lieu de *Lingones*, il propose *Inguaeones*.

98. *Anonymi Cosmographia*, 19 (= Riese, p. 79 sv.).

Oceanus occidentalis habet famosa oppida : ... Santones, Lingonis ...

99. Notes tironiennes (= Zangemeister, dans *Neue Heidelberger Jahrbücher*, II, 1892, p. 7 sv.).

3 Lingonis,
4 Andematurnum,
. . . . . .
43 Tenoderum.

100. Grég. de Tours, *In gloria confessorum*, 11.

Infra terminum autem Ternodorensis castri, qui adiungitur Lingonicae civitati...

87. Fuit in Tornodorensi pago in parochia Lingonicensi vir...

101. Sidoine Apollinaire, *Epist.*, VIII, 12, 3.

...portum Alingonis...

C'est ainsi que Sidoine désigne Langon (Gironde), port et lieu de passage sur la Garonne. Ce nom de lieu serait-il à rapprocher d'un *ad Lingones* primitif et garderait-il le souvenir d'une migration des Lingons dans cette région ? Cf. Jullian, *H. G.*, I, p. 309, note 5.

2. *Voies romaines.*

102. *Itinéraire d'Antonin*, 385, 6.

Item ab Andemantunno Tullo Leucorum

7	usque.....	mpm. XLIII, sic :
8	Mosa.....	mpm. XII
9	Solimariaca.....	mpm. XVI
10	Tullum	mpm. XV

102 *bis*. *Table de Peutinger.*

Andemantunno. XI. Mose. VIIII. Noviomagus. VII *. XV. Tullo.

* Manque sans doute ici le nom de *Solimariaca*. — De la station de *Noviomagus* part, à gauche, une voie qui aboutit à une station thermale : au-dessus du bâtiment : *indesina . XVI.* (à gauche de la voie de *Durocortoro à Agripina*). Sur la reproduction héliotypique de la *Rev. ét. anc.*, 1912, pl. IV, on distingue devant *indesina*, une autre lettre effacée par le pli : F ? on a identifié la localité avec Grand ? Bourbonne ?

102 *ter*. *Milliaire d'Autun* * = CIL. XIII, 2681.

[Andemantunnum Li]ngonum m. [p... c... Tullum Leuco]rum... [? Solimaria]ca.

* Fragment d'itinéraire.

103. *Itinéraire d'Ant.*, 386, 1.

Item ab Andemantunno.

	Cambatem.....	mpm. CII, sic :
2	Varcia.....	mpm. XVI.
3	Vesontione.....	mpm. XXIIII.
4	Epamanduoduro.....	mpm. XXXI.
5	Cambate.....	mpm. XXXI.

103 *bis*. *Table de Peutinger*.

Andemantunno. X. Varcia. VI. Segobodium. XVIII. Vesontine.

104. *Table de Peutinger*.

Andemantunno. XXVIII. Filena *. XIX. Vidubia. XX. Cabillione.

* = *Tilena*, Til-Châtel.

105. *Table de Peutinger*.

Andemantunno. XXI. Segessera. XXI. Corobilium ... Durocortoro.

3. *Cours d'eau.*

106. César, *B. G.*, I, 12, 1,

Flumen est Arar... incredibili lenitate, ita ut oculis in utram partem fluat iudicari non possit.

107. César. *B. G.*, IV, 10, 1.

Mosa profluit ex monte Vosego, qui est in finibus Lingonum...

108. Strabon, *Géogr.*, IV, 1, 14.

Ὁ δ' Ἄραρ ἐκδέχεται καὶ ὁ Δοῦβις ὁ εἰς τοῦτον ἐμβάλλων, εἶτα πεζεύεται μέχρι τοῦ Σηκουάνα ποταμοῦ, κἀντεῦθεν ἤδη καταφέρεται εἰς τὸν ὠκεανὸν...

Excipit enim ea * Arar, et in hunc influens Dubis : exinde usque ad Sequanam fluvium, terra merces transportantur : hinc secundo amne deferuntur ad oceanum...

* Denrées, marchandises, etc.

109. Strabon, *Géogr.*, IV, 3, 2.

Τὰ δ' ἑξῆς ἔθνη τὰ συντείνοντα πρὸς τὸν Ῥηνον, τὰ μὲν ὑπὸ τοῦ Δούβιος ὁριζεται τὰ δ' ὑπὸ τοῦ Ἄραρος. οὗτοι μὲν οὖν, ὡς εἴρηται πρότερον, ἀπὸ τῶν Ἄλπεων καὶ αὐτοὶ κατενεχθέντες ἔπειτ' εἰς ἓν ῥεῖθρον συμπεσόντες εἰς τὸν Ῥοδανὸν καταφέρονται. ἄλλος δ' ἐστὶν ὁμοίως ἐν ταῖς Ἄλπεσι τὰς πηγὰς ἔχων, Σηκοάνας ὄνομα. ῥεῖ δ' εἰς τὸν ὠκεανὸν παραλληλος τῷ Ῥήνῳ δια ἐθνους ομωνύμου, συνάπτοντος τῷ Ῥήνῳ τα πρὸς ἕω, τὰ δ' εἰς τἀναντία τῷ Ἄραρι...

Reliquae, ad Rhenum tendentes, partim a Dubi terminantur, partim ab Arare. Atque hi quidem, ut ante diximus, ab Alpibus ipsi quoque delapsi, coniunctis alveis in Rhodanum exeunt. Est et alius fluvius, fontes in iisdem habens Alpibus, Sequana nomine : is Rheno parallelus per Sequanos sibi cognomines fluit in oceanum. Sequani versus orientem Rheno, diversa parte Arari, sunt affines...

3. Ἐγκυκλοῦνται μὲν δή

3. Flexibus quidem suis

τινα χώραν ταῖς σκολιότησι καὶ οὗτος καὶ ὁ Σηκοάνας, οὐ τοσαύτην [δέ]. ἀμφότεροι δὲ ῥέουσιν ἐπὶ τὰς ἄρκτους ἀπὸ τῶν νοτίων μερῶν... τοῦ δὲ Σηκοάνα το πλεόμενον ὑπὸ τῶν ἐκ τοῦ Ἄραρος δεχομένων τὰ φορτία μικρῷ πλέον ἐστὶν ἢ τὸ τοῦ Λίγηρος καὶ τὸ τοῦ Γαρούνα...

aliquid regionis Rhenus includit, ut et Sequana, sed non tantundem. Uterque a meridie versus septentrionem fluit... Sequana ab iis qui ex Arare merces acceperunt navigatur aliquanto longius quam Ligeris et Garumna.

110. Pline, *Hist. nat.*, III, 4.

... Rhodanus amnis ... segnemque deferens Ararim.

111. Pline, *Hist. nat.*, IV, 28.

... amnes clari in oceanum defluunt ... Mosa.

112. Silius Italicus, *Punic.*, III, v. 451.

..... stanti similis tacitoque liquore
Mixtus Arar.....

XV, 501.

.... Arar per rura pigerrimus undae.

113. Ptolémée, *Geogr.*, II, 10, 3.

Τῶν δὲ συμβαλλόντων αὐτῷ ποταμῶν εἰς μὲν τὸ ἀπ' ἄρκτων Λουγδούνου μέρος εἰσρέουσιν ὅ τε Ἄραρ καὶ ὁ Δοῦβις προσμιχθέντες ἀλλήλοις · ἐπέχουσι δὲ αἱ

Ex fluviis qui cum eo concurrunt, in eam partem, quae ab Lugduno septentriones versus est, influunt Arar et Dubis inter se commixti ; siti autem sunt Ara-

μὲν τοῦ Ἄραρος πηγαὶ ἀπὸ τῶν Ἄλπεων ῥέουσαι
κη΄ γό΄ μδ΄ γο΄΄.

ris fontes ab Alpibus * profluentes
28° 40′ 44° 40′.

* Voir plus haut, nº 109.

114. Pseudo-Plutarque, *De fluviis*, VI, 1 (= Müller, p. 644).

Ἄραρ ποταμός ἐστι τῆς Κελτικῆς, τὴν προσηγορίαν εἰληφὼς παρὰ τὸ ἡρμόσθαι τῷ Ροδανῷ... ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Βρίγουλος· μετωνομάσθη δὲ δι' αἰτίαν τοιαύτην. Ἄραρ κυνηγεσίας χάριν εἰς ὕλην προχωρήσας καὶ εὑρὼν τὸν ἀδελφὸν Κελτίβηρον ὑπὸ θηρίων ἀνηλωμένον, διὰ λύπης ὑπερβολὴν ἑαυτὸν καιρίως πλήξας ἔβαλεν εἰς τὸν ποταμὸν Βρίγουλον, ὃς ἀπ' αὐτοῦ μετωνομάσθη Ἄραρ.

Arar fluvius est Galliae Celticae qui denominationem accipit ex eo quod immisceatur Rhodano... Brigulus primum dictus fuit; mutavit vero postea nomen ob hanc causam. Arar venationis causa silvam ingressus, cum fratrem Celtiberum a feris dilaniatum offendisset, ob extremum dolorem se ipsum letaliter feriens decidit in fluvium Brigulum, qui ab eo Araris nomen sumpsit.

2. Γεννᾶται δὲ ἐν αὐτῷ μέγας ἰχθὺς, σκολοπίας προσαγορευόμενος ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων· οὗτος αὐξανομένης τῆς σελήνης λευκός ἐστιν· μειουμένης δὲ μέλας γίνεται παντελῶς· ὑπεραυξήσας δὲ ἀναιρεῖται ὑπὸ τῶν ἰδίων ἀκανθῶν.

2. Nascitur in ipso magnus piscis ab indigenis scolopidus vocatus, qui crescente luna albus est, decrescente vero omnino niger evadit; et cum in extremam crevit magnitudinem, a propriis spinis confoditur.

3. Εὑρίσκεται δ' ἐν τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ λίθος χόνδρῳ

3. Reperitur et in eius capite lapis grumo salis

παρόμοιος ἁλὸς, ὃς κάλλιστα ποιεῖ πρὸς τεταρταίας νόσους, τοῖς ἀριστεροῖς μέρεσι τοῦ σώματος προσδεδεμένος τῆς σελήνης μειουμένης, καθὼς ἱστορεῖ ὁ Καλλισθένης ὁ Συβαρίτης ἐν ιγ Γαλατικῶν, παρ' οὗ τὴν ὑπόθεσιν εἴληφεν Τιμαγένης ὁ Σύρος.

similis, qui senescente luna sinistris corporis partibus applicatus, febres quartanas sanat, ut docet Callisthenes Sybarita libro XIII rerum Gallicarum, a quo sumpsit argumentum Tymagenes Syrus.

Cfr. Stobée, *Florilegium*, *De morbo*, 14 (éd. Meineke, III, p. 246) : au lieu de σκολοπίας le texte porte κλουπαῖα.

115. Ammien Marcellin, *Res gest.*, XV, 11, 17.

Ararim, quem Sauconnam appellant, [inter Germaniam primam fluentem]... suum nomen adsciscit *, qui locus exordium est Galliarum ; exindeque non millenis passibus sed leugis itinera metiuntur.

* Rhodanus.

116. Vibius Sequester, *De flumin.*, A.

Arar Germaniae e Vosego monte miscetur Rhodano ; ita lene decurrit ut vix intellegi possit decursus eius.

117. Claudien, *De cons. Fl. Mallii Theodori*, v. 52.

Diversoque tuas coluerunt gurgite voces
Lentus Arar...

118. Sidoine Apollinaire, *Carmina*, V, v. 207.

..... Rigidis hunc abluit undis Rhenus, Arar,
Rhodanus, Mosa, Matrona, Sequana, Ledus...

119. *Anonymi Geographiae expositio*, X, 30 (= Müller, II, p. 502).

Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλοι μεγάλοι ποταμοὶ προς ταῖς ἐκβολαῖς γινόμενοι, μάλιστα... Σηκοάνας...

Sunt et alii fluvii magni circa ostia, praesertim... Sequana...

120. Julius Honorius, *Cosmogr.*, 22 (Recens. A = Riese, p. 37).

Fluvius Rhodanus nascitur in medio campo Galliarum; occurrit ei Bicornis * a Patavione veniens relicta cauda ortus sui... Sed hic quem Bicornem diximus, ante coniunctionem Rhodani vel commixtionem in supernis nomen aliud accipit : praeter Bicornem appellatur Rhenus. Ita ergo fit ut hic fluvius tribus nominibus nuncupetur, cum sit unus et dimidius...

* = Araris : cf. rec. B, après *praeter Bicornium* : « *hic Bicornius, hic Rhenus, hic Araris appellatur* ». Riese suppose que l'auteur fait allusion à la jonction primitive de la Meuse et de la Saône.

121. *Anonymi Cosmographia*, 20 (= Riese, p. 79 sv.).

Oceani occidentalis flumina sunt : ...Araris, Rhodanus... 22 Fluvius Araris nascitur a Patavione veniens, relicta cauda ortus sui. Statim ei fluvius Rhodanus occurrit et simul unum faciunt... Sed hunc, quem fluvium Bicornium diximus, ante coniunctionem Rhodani in supernis nomen aliud accipit praeter Bicornium : nam in provincia Germania fluvius Rhenus dicitur, alibi ut diximus Bicornius, alibi fluvius Araris appellatur. Ita ergo hic fluvius tribus nominibus nuncupatur, cum sit unus et dimidius, quod Araris, ut supra diximus, ducit a mari Petavionensi usque ad mare Tyrrenum contra insulas Baleares.

122. *Table de Peutinger.*

Fl. Patabus * .... Fl. Arar.

* = Meuse, cf. *Patavio, Batavia.*

123. Le Ravennate, *Cosmographia*, IV, 26.

In qua patria * plurimas fuisse civitates legimus, ex quibus aliquantas designare volumus, id est Ligonas...

Per quam Galliam transeunt plurima flumina, inter cetera quae dicuntur... Maderna... Albis... Sigunna...

27 ...Per quam Burgundiam transeunt plurima flumina, inter cetera fluvius qui dicitur Rodanus... ; in quo Rodano ingrediuntur flumina, id est ... Sagonna ... Arab **.

* Alamania.

** = Arar = Sagonna.

III. DIVERS

124. Martial, *Epigr.*, I, 53, 4.

Sic interpositus villo contaminat uncto
Urbica Lingonicus Tyrianthina bardocucullus.

124 *bis*. Martial, *Epigr.*, XI, 21, 8.

[Lydia tam laxa est....]
Culcita Leuconico * quam viduata suo.

XIV, 159.

Tomentum leuconicum.

Oppressae nimium vicina est fascia plumae?
Vellera Leuconicis * accipe rasa sagis.

XIV, 160.

Tomentum Circense.

Tomentum concisa palus Circense vocatur.
Haec pro Leuconico * stramina pauper emit.

* Peut-être faut-il corriger *Leuconicum* en *Lingonicum*; cfr. Jullian, *H. G.*, II, p. 325 et V, p. 240 ; Thédenat, *Sagum*, dans DAGR., IV, p. 1008; et précédemment, dans la littérature locale : Péchiné, *Mém. soc. hist. Langres*, I, p. 64, et Migneret, *Précis de l'histoire de Langres*, Langres, 1835, p. 33.

124 *ter*. Pline, *Hist. nat.*, VIII, 48.

Lanae et per se coactae vestem faciunt, et, si addatur acetum, etiam ferro resistunt, immo vero etiam ignibus novissimo sui purgamento. Quippe aenis polientium extracta in tomenti usum veniunt, Galliarum, ut arbitror, invento ; certe Gallicis hodie nominibus discernitur.

125. Martial, *Epigr.*, VIII, 75.

Dum repetit sera conductos nocte penates,
Lingonus a Tecta Flaminiaque recens,
Expulit offenso vitiatum pollice talum
Et iacuit toto corpore fusus humi.
Quid faceret Gallus, qua se ratione moveret ?
Ingenti domino servulus unus erat,
Tam macer ut minimam posset vix ferre lucernam :
Succurrit misero casus opemque tulit.
Quattuor inscripti portabant vile cadaver,
Accipit infelix qualia mille rogus ;
Hos comes invalidus summissa voce precatur,
Ut quocumque velint corpus inane ferant :
Permutatur onus stipataque tollitur alte
Grandis in angusta sarcina sandapila.
Hic mihi de multis unus, Lucane, videtur
Cui merito dici « mortue Galle » potest.

B. TEXTES ÉPIGRAPHIQUES

On a employé, dans la transcription, les sigles conventionnels en usage : on a mis entre *crochets* les mots ou lettres qui devaient exister sur la pierre, mais qui ont disparu ; entre *parenthèses*, ceux qui, dans les abréviations, ont été omis à dessein par le lapicide. Les lettres ou reconstitutions douteuses sont pointées ou accompagnées d'un ? — On s'est contenté de se référer au *Corpus inscriptionum latinarum* (= CIL. ; tout numéro non accompagné de la tomaison appartient au tome XIII) et à deux *recueils* locaux : pour Langres, à Luquet, *Antiquités romaines*, 1838 (abrév. : Luquet, suivi de la pagination), pour la Côte-d'Or, à Lejay, *Inscriptions antiques*, 1889 (abrév. : Lejay, suivi de l'indication du numéro). Autre sigle : E = Espérandieu, *Recueil des bas-reliefs... de la Gaule romaine*. — J'ai complété les abréviations usuelles, lorsque le lecteur les rencontre pour la première fois ; j'ai cru inutile de le faire, quand le sens est suffisamment indiqué dans les inscriptions qui précèdent.

I. INSCRIPTIONS IMPÉRIALES

126. ... caesari ...

Langres : CIL. 5863 = Luquet, 565.

127. Ti(berius) Claud(ius) Drusi f(ilius), caesar aug(ustus) germanic(us), pont(ifex) max(imus), trib(uniciae) potest(atis) III, imp(erator) III, p(ater) p(atriae), co(n)-

s(ul) III, designat(us) IIII. And(emantunno) m(illia) p(assuum) XXII.

Sacquenay : CIL. 9044 = Lejay, 249. — Milliaire, daté de 43 ap. J.-C ; sur la voie de Langres à Genève.

127 bis. ... Claudi..... And(emantunno) m(illia) p(assuum) XII.

Choilley : CIL. 9046. — Milliaire, sur la voie de Langres à Lyon.

128. [Imp. c]aesa[ri div]i Ner[vae f(ilio), N]ervae [Traian]o aug(usto) [germ(anico), po]ntif(ici) [max(imo), tr(ibuniciae) p]ot(estatis) [..cos....] XX..

Dijon, voie d'Autun : CIL. 9042 = Lejay, 136 *. — Milliaire (97 à 103 ap. J.-C.).

129. Imp. caesar[i] Traiano Hadriano aug(usto), pon(tifiici) max(imo), tr(i)b(uniciae) pot(estatis) V, cos. III, p(atri) p(atriae). And(emantunno) m(illia) p(assuum) XIII.

Choilley : CIL. 9045. — Milliaire (121 ap. J.-C.), sur la route de Langres à Lyon.

130. [Imp. caes. L. Septimio Severo pio pertina]ci aug(usto), arabi[co adiabenico parthico maximo, trib. pot. ... im]p. XI, cos II, p.p., p[rocos. civitas Lingonum] foede[rata].

Langres : CIL. 5681 : — 199-200 ap. J.-C.

131. [In h(onorem)] d(omus) d(ivinae), [imp. cae]s. L. Sept. Severo [? pio pert. a]ug. arab. adiab. [p]arth. max., Bou... Magnianus ae[dilita]te funct(us) in ci[vitate] Lingonum.

Langres : CIL. 5682 = Luquet, 270, n° 2. — Avant 210 ap. J.-C.; peut-être 208.

132. [Imp.] c(a)e[sari] Gaio Esuvio Tetrico pio felici invicto aug(usto), p(ontifici) m(aximo), tr(ibuniciae) p(otestatis), p(atri) p(atriae). And(e)m (antunno) l(eugae) XXV.

Dijon (Maladière) : CIL. 9041 = Lejay, 146. — Milliaire déplacé ; provient sans doute de Norges, sur la voie de Langres à Lyon. — 270-273 ap. J.-C.

133. D(omino) n(ostro) Flav(io) Cl(audio) Constantin[o], nob(ilissimo) ca[es(are)]. l(eugae) XV.

Norges : CIL. 9043 = Lejay, 228. — Milliaire, sur la voie de Langres à Lyon.

— Voir, en outre, *inscriptions militaires* et, plus bas, 217 sv.

II. INSCRIPTIONS MILITAIRES

1. *Corps auxiliaires dits de Lingons.*

134. ...[C]n(aei ?) * f(ilius), V**..., ... [trib(unus)] mil(itum) leg(ionis) II i[talicae ?, praef(ectus) coh(ortis)... milliar]iae *** Ling[onum]....

Castelmaure (Aude) : Espérandieu, *Inscriptions latines de Gaule (Narbonnaise)*, n° 643. — * ou *N(umerii)*. — ** sans doute *V(oltinia tribu)*. — *** peut-être aussi *[a]lae*.

135. Imp. caesar, divi Nervae f(ilius), Nerva Traianu[s] augustus germanic(us) dacicus, pontif(ex) max[i]mus, tribunic(ia) potestat(e) VIIII, imp(erator) IIII, co(n)s(ul) V, p(ater) [p(atriae)], equitibus et peditibus, qui militant in... cohortibus, quae appellantur ... I Lingonum ... [et sunt] in Brittan[nia sub..., qui] qu[i]na et vic[ena plurave sti-

pendia merue]runt, quoru[m nomina subscripta sunt] ipsis liber[is posterisque eorum civitatem dedit et co]nubium [cum uxoribus quas tunc hab]uissent [cum est civitas iis data, aut, si qui ca]elibes es[sent, cum iis quas postea duxissent, du]mtaxat [singuli singulas, a(nte) d(iem)] III... [C. Iulio] B[asso, Cn. Afranio] D[extro co(n)s(ulibus)]...

Sydenham (Kent) : CIL. III, Dipl. XXIII, p. 866 = VII, 1194. — Diplôme de 105 ap. J.-C.

136. Imp. caesar, divi Traiani Parthici f., divi Nervae nepos, Traianus Hadrianus augustus, pontifex maximus, tribunic(ia) potestat(e) VI, co(n)s(ul) III, proco(n)s(ule), equitib(us) et peditib(us) qui militaverunt in ... coh(or)tib(us) ...quae appellantur... I Lingon(um)... et II Lingon(um) .. et III Lingon(um).., quae sunt in Britannia sub A. Platorio Nepote quinque et viginti stipendis emeritis dimissis honesta missione per Pompeium Falconem, quorum nomina subscripta sunt ipsis liberis posterisq(ue) eorum civitatem dedit et conub(ium) cum uxorib(us) quas tunc habuissent cum est civitas iis data aut, si qui caelibes essent, cum iis quas postea duxissent dumtaxat singulis singulas, a. d. XVI k. aug., Ti. Iulio Capitone, L. Vitrasio Flaminino cos...

Pannonie, *Rev. arch.*, 1930, II, *Rev. publ. épigraph.*, nº 37. Cf. *Journal des Savants*, 1930, p. 412. — Diplôme du 17 juillet 122 ap. J.-C.

137. [Ca]mpestrib(us)... [c]oh(ors) I...

Gloster Hill, près High Rochester : CIL. VII, 1029.

138. Imp. caes. T. Aelio H[a]d(riano) Antonino aug(usto) pio, p(atri) p(atriae), sub Q. Lollio Urbico leg(ato) Aug(usti) pro prae(tore) coh(ors) I Ling(onum) eq(uitata) f(ecit).

High Rochester : CIL. VII, 1041. — 140-143 ap. J.-C.

139. Fortunae aug(ustae) sacr(um), P. Ael. Atticus praef(ectus), v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito).

Lanchester : CIL. VII, 433. La *cohors I Ling.* campa à Lanchester après la *cohors I Vardullorum*, mais cette dernière était commandée par un tribun; cf. Le Roux, *L'Armée romaine en Bretagne*, Paris, 1911, p. 111 sv.

140. Imp. caes. M. Ant(onius) Gordianus p(ius) f(elix) aug(ustus) balneum cum basilica a solo instruxit per Egn(atium) Lucilianum leg(atum) aug(usti) pro praetore), curante M. Aur(elio) Quirino pref(ecto) coh(ortis) I L(ingonum) Gor(dianae).

Lanchester : CIL. VII, 445. — 238-244 ap. J.-C.

141. Imp. caesar M. Antonius Gordianus p. f. aug. principia et armamentaria conlapsa restituit per Maecilium Fuscum leg(atum) aug(usti) pr(o) pr(aetore), curante M. Aurelio Quirino pr(aefecto) coh. I L(ingonum) Gor(dianae).

Lanchester : CIL. VII, 446.

142. Deo Silvano Aurelius Quirinus pr(ae)f(ectus).

Eastgate, près Lanchester : CIL. VII, 450.

143. C. Caesidio C. f(ilio) Cru(stumina tribu) Dextro, eq(uiti) coh(ortis) VIII, praef. coh. I Lingonum equitatae...

Carpegna : CIL. XI, 6033 (base de statue).

144. Genio praetori(i), Cl. Epaphroditus Claudianus, tribunus c[o]ho(rtis) I Ling(onum) v(otum) l(ibens) p(osuit) m(erito).

Lanchester : CIL. VII, 432.

145. [Imp. caesar, divi Ne]rvae f., Nerva Traianus [augustus german]icus, pontifex maximus, [tribunicia] potestat(e), co(n)s(ul) II, [equitibus et peditib]us qui militant in... [cohortib]us... quae appellantur... II Lingonum... [et sunt], in Britannia sub T. Avidio [Quieto]... qui quina et vicena plura[ve sti]pendia meruerunt, quorum nomi[na] subscripta sunt, ipsis liberis posterisque eorum c[ivitate]m dedit et conubium cum ux[oribus qua]s tunc habuissent cum [est civitas iis data], aut, si qui [caelibes essent, cum iis quas postea duxissent dumtaxat singuli singulas]...

Flémalle, près Liège : CIL. III. *Diplom.*, XXIX, p. 1969. — Diplôme de 98 ap. J.-C.

146. Imp. caesar, divi Traiani Parthici f., divi Nervae [nepos, Traianus] Hadrianus aug(ustus), pontif(ex) maxim(us), tribun(icia) [potest(ate)] VIII, co(n)s(ul) III, proco(n)s(ule), [e]quitib(us) e[t peditib(us) qui mil]it[a]ver(unt) in... coh(ortibus)... quae ap[pellantur]... II Lingonum... quae sunt in Brittanni[a] sub Platorio Nepote, quinis et vicen(is) pluribusve stipend(iis) emeritis dimissis honesta missione, quorum nomina subscripta sunt, ipsis liberis posterisque eorum civitatem ded[it] et conubium cum uxoribus, quas tunc habuissent cum est civitas eis dat(a), aut, si qui [caelib]es essent, cum eis quas postea duxissent, dumtaxat singuli singulas, a. d. XVI [k.] o(c)t., C. Iulio Gallo, C. Valerio Severo cos...

Stannigton, près Sheffield : CIL. III, *Diplom.*, XXX, p. 873 = VII, 1195. — Diplôme du 15 sept., 124 ap. J.-C.

147. ...[pro salute? imperato]rum caes. augg. [n]n. * Antonini et Veri Iovi dilecti Caecilius Lucanus praef. coh. [II. Ling.].

Ilkley : CIL. VII, 209. — * *Aug(ustorum) n(ostrorum)*.

148. Verbeiae * sacrum, Clodius Fronto praef. coh. II Lingon(um).

Ilkley : CIL. VII, 208. — * La déesse de la rivière (la Wharfe), sans doute.

149. Deo Silvan[o] coh(ors) II Ling. cui praes[t] G. Pompeius M... Saturnin[us].

Moresby : CIL. VII, 359.

150. C. Hedio C. f(ilio), Clust(umina) Vero, equo publ(ico), praef(ecto) equit(um) alae indianae p(iae) f(idelis), trib(uno) milit(um) leg(ionis) II traian(ae) f(idelis), praef. coh. II Ling. eq(uitatae).

Fossombrone : CIL. XI, 6123. Base de statue élevée par les duumvirs et décurions *forosemproniens(es)*, ainsi que l'indique la longue lettre transcrite sur la face gauche.

151. ...praef. coh. II Ling.

Harrington, près Moresby : *Ephemeris epigraphica*, VII (1892), p. 310, n° 969.

152. [Imp... equit(ibus) et pedit(ibus) qui militaver(unt) in ...cohortibus... quae appell(antur)...]... et III L[ing... et sunt in Br]itann(ia) sub L[...quinis et vicenis plu]ribusve stipe[nd(iis) emer(itis) dim(issis) hon]est(a) missione, [quorum nomina subscripta su]nt, ipsis, li[beris posterisque eorum, civitatem romanam dedit et conubium c]um ux[oribus quas tunc habuissent cum e]st civitas ii[s data, aut, si qui caelibes essent, cu]m iis quas post[ea duxissent, dumtaxat sin]guli singulas; [a. d.] VII k. octobr... Ti. Lartidio Cle [... cos....]...

Walcot : *Bull. épigr.*, III (1883), p. 22 sv. — Diplôme du 15 sept. entre 41 et 80 ap. J.-C., peut-être 65 à 68 (*ibid.*, p. 309).

153. C. Saguro C. f(ilio), Clu(stumina) Prisco, praetori, design(ato)... trib(uno) legionis XXX ulpiae victricis, praef coh. III Lingon. equitatae ...decuriones et plebs urbana.

Acqualegna : CIL. XI, 5959.

154. [Imp. caesar] divi Nervae f., Ner[va Tr]aian[us aug]ustus germanicus [d]acicus, pontifex maximus, tribunic(ia) potestat(e) VII, imp(erator) IIII, co(n)s(ul) V, p(ater) p(atriae), [e]quitibus et peditibus qui militant in... cohortibus... quae appellantur... IIII Lingonum... et sunt in Britannia sub L. Neratio Marcello, qui quina et vicena plurave stipendia meruerunt, quorum nomina subscripta sunt, ipsis, liberis posterisque eorum civitatem dedit et conubium cum uxoribus quas tune habuissent cum est civitas iis data, aut, si qui caelibes essent, cum iis quas postea duxissent dumtaxat singuli singulas. a. d. XIIII k. febr. M. Laberio Maximo II, Q. Glitio Atilio Agricola II cos...

Malpas (Cheshire) : CIL. III, *Dipl.*, XXI, p. 864 = VII, 1193. — Diplôme du 19 janv. 103 ap. J.-C.

155. [Imp. c]aesar, divi Hadriani f., divi [Traiani] part(hici) nepos, divi Nervae pron(epos), T. A[e]lius Hadrianus Antoninus [aug(ustus)] pius, [p]ont(ifex) max(imus), tr(ibunicia) pot(estate) VIIII, imp(erator) II, co(n)s(ul) IIII, pater p(atriae), eq(uitibus) et pedit(ibus), qui militaver(unt) in... [cohort(ibus)... qu]ae appell(antur)... IIII Ling... et sunt in Brittannia sub Papirio Aeliano quinq[ue et vigi]nti [s]tipend(is) emerit(is) dim(issis) hon(esta) mis(sione), [quorum nomina subscripta] sunt, c(ivitatem) r(omanam), qui eoru[m non haberent, dedit et] conub(ium) cum uxor[ibus quas tunc habuissent.] cum est civ(itas) iis d[ata]...

Chesters : CIL. III, *Dipl.*, LVII, p. 1982. Voir aussi *Ephem. Epigraphica*, VII (1892), p. 340, nos 1117 et 1118. — Diplôme de 146.

156. — I(ovi) O(ptimo) M(aximo), Ael(ius) Rufus praef. coh. III Lingonum.

Tynemouth (près Segedunum) : CIL. VII, 493.

157. [M. Stati]o M. f(ilio) Cl*. Prisco [L]icinio Italico, leg(ato) augustorum pr(o) pr(aetore) prov(inciae) Cappadociae... praef. coh. IIII Lingonum, vexillo mi[l(itari)] donato a divo Hadriano in expeditione iudaic[a], Q. Cassius Domitius Palumbus.

Rome : CIL. VI, 1523. — * *Cl(audia)* ou *Cl(ustumina tribu)* ; il s'agit de Statius Priscus, légat de Verus dans la guerre contre les Parthes ; l'inscription date de 163-166 ap. J.-C.

158. I. O. M. coh(ors) IIII Lingonum eq(uitata) cui attendit Iul. Honoratus c(enturio) leg(ionis) II aug(ustae) v. s. l. m.

Segedunum : *Korrespondenzblatt der W. Z.*, XI (1892), no 57, col. 82.

159. L. Ant(onius) [Ma]rinianus praef. coh. V Ling. antonianae.

Mojgrad : CIL. III, 7638.

160. P. Comi[nio P. f(ilio)], Cl(audia) Cle[menti] Honorat(o)...[... praef. coh. V Ling[onum], trib(uno) mil(itum) leg(ionis) I adiutr(icis), p(iae) f(idelis)...

Concordia Sagittaria, près Venise : *Notitia degli scavi di Antichità*, 1890, p. 173. — Epoque de Marc-Aurèle : voir la fin de l'inscription : ...*has[tis puris don. ab impera]torib. caes. An[tonio et Vero] Armeniac...*

161. [Ddd. nnn.* Valentinianus, Valens et Grati]anus per[petui triumphatores... ... mu]rum Magid[unensem refecerun]t curante ...praefecto] mill**... Lig. ***

Kaiser-Augst : CIL. XIII, 11537. — *Domini nostri* — ** *militum.* — *** sans doute *Li(n)g[onum]*, à moins qu'il ne s'agisse du début d'un nom de lieu. — 367-375 ap. J.-C.

2. *Inscriptions légionnaires du territoire lingon.*

162. Vexil(lationes) legi[onum] I. VIII. XI. X[XI].

Mirebeau, sur tuile légionnaire : Lejay, 219, 2. Sur les camps et stations de Mirebeau, Pontailler, Dijon-La Noue, voir, en dernier lieu : A. Grenier, *Manuel d'archéologie gallo-romaine*, I (Paris, 1931), p. 236-246.

163. Vexil. l[e]gionu[m] II. VII.

Mirebeau : Lejay, 219, 5.

164. Vexil. legion[um] [II a]ug(ustae), VII[I].

Mirebeau : Lejay, 219, 3.

165. Fabiae Fortunatae Attius Tuticanus a tribunatu leg(ionis) II aug. coniug(i) unius exempli.

Langres : CIL. 5684 = Luquet, 292.

166. Leg(io) VIII aug(usta).

Mirebeau : Lejay, 218, 1, 2, 3, 4; Dijon : Lejay, 122; Dijon-La Noue (coll. Fourier, plus de 500 fragments : *Bull. arch.*, 1908, p. 136.

167. Leg. V[III aug.].

Pontailler (Mont-Ardou) : *Bull. arch.*, 1908, p. 133.

168. Leg. VIII aug. Lappio leg(ato).

Mirebeau : Lejay, 218, 5, 6.

169. ...[T]eretina (tribu), [v]eteranus leg(ionis) VIII [a]ug., hic situs [e]st qui testa[m]ento iussit [s]ibi fieri p(er) [E]trium Va[le]ntem veter(anum).

Mirebeau : CIL. 5613 = Lejay, 220.

170. Vexil. legionum VIII. XI. XIV. XXI.

Mirebeau : Lejay, 219, 1.

171. Leg. XXI.

Dijon-La Noue : *Bull. arch.*, 1908, p. 136.

172. XXI. P.

Langres, CIL. 5684 a = Luquet, 557. Peut-être doit-on lire [*leg.*] *XXI*[*I*] *p.*

173. ...Au[g.] Ae[l.] Val[ens] e[q(ues) l]eg(ionis) XX[II primig(eniae) p(iae) f(idelis) alexandr.] v. s. l. [m.] Clementi[no et A]gricola [cos] *.

Til-Châtel : CIL. 5624 = Lejay, 274; Luquet, 272, n° 4. — * 230 ap. J.-C. probablement.

174. [T]ertius miles l[eg. XXII primig. p. f.] strato[r l]e[g.] pro se [et suis], v. s. l. [m]. Max(imo) et ...[Ae]l[i]-a[no cos].

Til-Châtel : CIL. 5625 = Lejay, 275; Luquet, 268, n° 13. — Sans doute de 223 ap. J.-C., année où L. Marius Maximus fut consul pour la seconde fois.

175. [D(is) M(anibus) et mem(oriae)] aeternae, maint * Candidiae Patern(a)e, socrae, Apc[nius] Restitutus vet(eranus) leg. XXII p(rimigeniae) p(onendum) [f(ecit)].

Dijon : CIL. 5486 = Lejay, 94. — * Sans doute pour *m(o)*-[*n(u)m(en)t(um)*.

176. Vexill. leg. log. * Eiav. ** Af. leg(ato).

Lux (Val d'Ogne), 2 exempl. : *Bull. arch.*, 1915, p. LXIX = *Année épigr.*, 1915, n° 76. — * peut-être pour *ion(is)*. — ** la lecture est certaine : mauvaise graphie, sans doute, pour *Flav(io)*.

177. Vexil. legionu[m]...

Mirebeau : Lejay, 219, 4.

178. leg(ionis)...

Til-Châtel : Lejay, 278.

3. *Soldats lingons nommés dans des inscriptions de toutes provenances.*

179. Aprilis Soi f(ilius), c(enturio) c(o)ho(rtis) I Belgica(e), natione Li(n)gauster, ann(orum) XXII, h(ic) [s(itus e(st)].

Zahlbach, près Mayence : CIL. 7038. — *Lingauster* = *Lingo* ?

180. Nertus Dumnotali f(ilius), veteranus ala(e) Hisp(anorum) I sesquip(licarius), Lingauster, ann(orum) LX, stip(endiorum) XXXVI, h(ic) s(itus) est. Valens frater h(eres) t(itulum) m(emoriae) p(osuit).

Alt-Ofen (Aquincum) : CIL. III, 10514.

181. Togitio Solimari f. Lin[go].

Gustavsburg : CIL. 7034.

— Voir, en outre, les n^os^ 238, 252, 269, 280

III. MAGISTRATURES ET CHARGES

omnibus honoribus functi.

182. I(n) h(onorem) d(omus) d(ivinae), L. Patric(ius) Martialis et L. Patric(ius) Marcus Ling(ones) fratr(es), omnib(us) offic(iis) civilib(us) in civitate sua funct(i), cellam vestibulam* e regione columnae cum suis omnib(us) commod(is) d(e) s(ua) p(ecunia) vikan(is) Vertillensib(us) largiti sunt.

Vertault : CIL 5661 = Lejay, 282. — * = sans doute, *cellam cum vestibulo.*

183. Ti(berius) Cl(audius) Professus Niger, omnibus honoribus apud Aeduos et Lingonas functus, deo Moritasgo porticum testamento poni iussit, suo nomine et Iuliae Virgulinae uxoris et filiarum Claudiae Professae et Iulianae Virgulae. Iulia Virgula filia moerens posuit.

Alesia : CIL. 2873 = Lejay, 5.

184. ? [... omnibus honoribus apud Aeduos et] Ling[onas functo, flamini aug]usti..... [? quaes]t. ci[vitatis...]

Alesia : CIL. 2878 = Lejay, 12.

185... [honor(ibus)] omn[i]bus inter su(os) functo s[ace]rdoti aug(usti)... [te]mpuli...

Sources de la Seine : CIL. 2870 = Lejay, 264.

duoviri, sacerdotes...

186. D(is) M(anibus) T. Tinc(ii) Alpini, dec(urioni) Lingon(i), II vir(o), Potitia Alpina mater p(onendum) c(uravit) et sub ascia d(edicavit).

Lyon-Trion : CIL. 1922.

187. ... aug(ur) II vir .

Langres : CIL. 5689, 5690 = Luquet, 277. Il s'agit de deux inscriptions dont on ne possède que des copies.

188. Sex. Mag. P. Ca...nius. Ti. Iu[l], l. m. s. *

